
Libri de anima Aristotelis philosophorum Peripatetice familię principis sub gemina translatiõe.

AD LECTOREM RVDOLphus Vasserburgensis.

Si tibi cũcta placet phisicos archana latentis
Noscere philosophi quae docuere senes.
Consule Aristotelis praeclara volũina magni
Quo vir in terris doctior alter erat.
Et hȝuis lacer ante fuit/ mendosus ⁊ asper/
Jam tamẽ hic phoebi clarior orbe nitet.
Hũc lege sub gemino pcussum interprete nup.
Hic vbi Croca suos tendit ad astra lares.

Bibl. Jag.



4150

CIMELIA

Libri de aīa Aristotelis phi
LOSOPHORVM PERIPATETICE FAMILIE PRINcipis sub gemina translatione.

¶ Prohemium habet duo capitula. In primo alliciens auditores ad amorem hui⁹ scientie reddit eos attentos: benivolos: & dociles.

OVm oēm scientiam rem esse bonam arbitremur ac honorabilem, & aliā alia magis ex eo talē esse putemus, qa vel exactior est, vel rerū est earū quę magis prestabiles magisq; sunt admirabiles, scientiā aīme nimirū ob hec vtraq; nō iniuria ponendā in primis esse censemus. 1.

2. ¶ Videt aūt & ad veritatē omnē ipsius anie cognitio vehemēt cōferre, & maxime ad ipsius nature scientiā. Est ēm ania quasi principiū omniū animaliū. 3. ¶ Atq; pspicere cognoscereq; naturam eī⁹ & substantiā querimus, deinde ea que circa ipsam accidunt. Quorū qdam affectus ipsius esse proprij. qdam aīalib⁹ etiā p ipsam ineſſe cōpetereq; vidēt. 4. ¶ Verū ēm omni ex parte atq; oīno difficillimū est, fidē aliquā de ipsa tandē accipe. Nam cū hæc questio cōnis sit, etiam cū alijs rebus cōpluribus, de substātia dico & qd est, vnus cuipiā fortasse modus vna via quedā esse videt, qua cognoscere quidnā sit vnaquecq; possumus rerū, quarū substantiam pcipere volumus, & perinde atq; modus vnus est hisce, quo proprij rerū demonstrant affectus. Quapropter querendū est, quæ nam sit illa via, qs ille modus vnus quo rerum substantię pcipi possunt. 5. Q; si nō vnus qdam atq; 5.

cõmunis sit ille modus. Longe difficilior ipsa ptractatio sit. Oportebit em̃ de vnaquaq; rerũ accipe, qs ad vnã q̃q; modus accomodabit. Si vero pateat illum demõstratione vel diuisione vel etiã quẽdam aliũ modũ esse. Complures insuper difficultates erroresq; emergũt; in ijs exqrendis e qbus vniuscuiusq; cõficienda est diffinitio. Aliarũ nãq; rerũ alia
6. principia sunt, vt numerorũ superficierũq;. 6. ¶Primũ aũt fortasse necessariũ est diuidere atq; accipere, in quonã generũ colloceť quidq; sit anima. Vtrũ sit substantia an in qualitate vel in quãtitate vel in alio quodã predicamẽtorũ gñe collocetur. Deide pueſtigandũ est, vtrũ eorũ subeat rationẽ, que potentia sunt, an potius qdam sit actus. Non em̃ parũ inter
7. esse videtnr. 7. ¶Considerandũ est preťea, si partibilis sit nec ne. Et vtrũ eiusdẽ sit anima speciei omis vtrũ specie tm̃ an etiã genere differat. Nec etiã ij q dicunt atq; querunt de
8. anima, de humana tm̃ querere pscrutariq; videnť. 8. ¶At caueudũ est ne nos pretereat, vrrũ vna sit eius ratio vt animalis an vniuscuiusq; sit alia ratio, vt equi, canis, homis dei. Animal aũt vniuersale aut nihil est, aut posterius est, & qc-
9. quid itidem aliud cõiter predicať. 9. ¶Preterea si nõ plures sint anime, sed partes, vtrũ animã totam, an partes querere prius oporteat. Difficile aũt est id quoq; determinare,
10. que nam inquã partes a qbus diuerse sint. 10. ¶Et vtrũ ipsas partes an ipsarũ partiũ opatiões prius querere pscrutariq; oporteat ceu intelligere an itellectiuũ, & sentire an sensitiuũ, & eodẽ modo de ceteris. Q; si opationes sint exqrende prius, rursus, pfecto quispiam dubitabit si obiecta prius

sint ingrenda vt sensibile prius q̄ sensitiuū & intelligibile q̄ intellectiuū. 11. ¶Non solū aūt ipsius qd est cognitio con- 11.
ferre videt ad ꝓspiciendas eoꝝ causas accidentiū, quæ ꝑ se substantijs, vt in mathematicis cōfert. Quid est rectū & qd curuū, vel qd linea, qd superficies ad cognoscēdū q̄ rectis an guli triāguli sunt equales; Nam ipsum qd est, omīs est prin cipium demonstratiōis, sed ecōuerso etiam accidentia ma gnam afferūt opem ad illud ꝓcipiendū. Nam cū ꝑ imagina tionem de accidentibus aut oīibus aut pluribus reddere possumus, tū aliqd etiā de substantia dicere poterimus op time. Quare patet eas oīs diffinitiōes differēdi modo va neq̄ dictas & assignatas esse, qbus nō fit, vt accidētia ꝓcipi antur, aut de ipsis cōiectura facilis habeat. 12. ¶Est etiā de 12.
affectibus anime dubitatio, vtrū oīes cōnes sint cū eo qđ habet animā an sit & ipsius anime ꝓprius aliqs, hoc em̄ ip sum accipere qdem necessariū est nō tñ accipi facile potest. Atq̄ plurimi sunt. Quorum sine corpore nullum aut age re, aut pati videtur vt irasci. Considere, cupere, oīno sen tire, maxime aūt ipsum itelligere, ꝓprio simile est. Q̄ si hoc etiam imaginatio sit quedā aut sine imaginatiōe nō sit, nec istud esse sine corpore potest. 13. ¶Si igitur opationū ani- 13.
me vl affectuū aliqs ꝓprius sit ipsius, fieri potest vt ipsa ani ma separet. Sin vero nullus sit eius ꝓprius nō separabilis est. Sed est de ipsa pinde atq̄ de recto, cui multa qdem vt rectū est cōpetunt, velut i puncto pilam eneam tangere, nō tñ ip sum vnq̄ sepatū tanget. Est em̄ insepabile quippe, cū semp aliquo cū corpe sit. 14. ¶Vident aūt & oīes affectus ani- 14.

me cũ corpe esse, ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, gaudiũ, odium deniq, atq amor. Nam vna cũ his ipsum corpus aliqd patit. Quod quidẽ ita esse ex eo patet, Interdũ em nõ irascunt neq timent, etiã si se vehemẽtes ipsis manifesteue cause offerant. Interdũ a paruis qbusdã mouent atq exiguis, si feruet concitat q corpus & pinde se habet atq cũ afficit ira. Hoc magis ex eo patet, qa nõnulli nulla re penitus accidẽte, que qdem possit terrere, nulloq imminẽte piculo, vt ñ q metuũt pturbant ac afficiunt timore.

15. 15. ¶Que si ita sint, patet affectus ratiões esse materiales. Quare & diffinitiões ipsoꝝ sunt tales, irasci nanq motus q dam talis est corpis aut partis, aut potentie; ob hoc huiꝰ gratia. Idcirco naturalis est de anima vel oñi vt tali cõsiderare.

ANTIQVÆ TRANSLATIONIS

1. Onorũ honorabiliũ noticiam opinantes, magis aũt alterã altera, aut secundũ certitudinem, aut ex eo q meliorum quidẽ & mirabiliũ est, propter vtraq hec anime historiã rationabiliter vtiq in primis ponemus. 2. ¶Videt autẽ & ad veritatem omnẽ cognitio ipsius multum pficere, maxime aũt ad naturam. Est em tanq principiũ animaliũ. 3. ¶Inqrimus aũt cõsiderare & cognoscere naturã ipsius, & substantiam, postea qnecũq accidũt circa ipsam. Quoꝝ alie pprię passiones vident, alie autẽ ppter ipsam cõmunes & animalibus ineſſe. 4. ¶Omnino aũt & penitus difficillimoꝝ est accipe

aliquam fidē de ipsa cū em̄ sit cōmunis questio multis alijs Dico aūt eam quę circa substantiā, & eam quequid est. Fortassis alicui videbit esse vna quedā methodus de omnibus de qbus volumus cognoscere substantiā, sicut & eorū que scdm accidēs sunt, pprioꝝ demōstrationē. 5. ¶Quare que 5
rendum vtiq; erit methodū istam. Si aūt non est vna quedā & cōis methodus de eo qđ qđ est, amplius difficilius est ne gociari. Oportebit em̄ circa vnūquodq; accipe qs modus. Si aūt manifestū sit vtrū demonstratio aliqua sit aut diuisio, aut etiā aliqua alia methodus, adhuc habet multas dubitationes & errores ex qbus oportet querere. Alia em̄ aliorū principia sunt sicut numeroꝝ & planoꝝ. 6. ¶Primum aūt 6.
fortassis necessariū est diuidere in quo generū & qd sit. Dico aūt vtrū hoc aliqd & substantia sit, aut qualitas, aut quantitas, aut etiā quoddā aliud diuersoꝝ predicamētoꝝ, adhuc aūt vtrū eorū q̄ sunt in potentia, aut magis endelechia quedam sit. Differūt aūt nō parū potentia & actus. 7. ¶Con- 7.
siderandū aūt & si partibilis sit aut impartibilis. Et vtrū sit similis speciei omis anima an nō. Si aūt nō sit similis speciei, vtrum specie differant aut gñe. Nunc qdam querentes & dicentes de anima, de humana qd sit solū intendere videnē. 8. ¶Formidandū aūt quatenus nō lateat vtrū vna ratio ip- 8.
sius anime est sicut animalis, aut scdm vnūquodq; altera. vt hominis, equi, canis, & dei. Animal aūt vniuersale aut nihil est aut posterius. similiter aūt & si aliqd cōmune aliud predicetur. 9. ¶Amplius aūt & si nō multe sint anime sed par- 9.
tes, vtrū oportet prius querere totā animā aut partes. Diffi

cile aũt de his determinare,& harũ quales apte nate sint al
10. tere abinuicem esse. 10. ¶Et vtrũ partes oportet querere
prius aut ipsaꝝ opera vt intelligere aut intellectiuũ,sentire
aut sensitiuũ, similiter autẽ & in alijs.Si aũt opa prius vtiq;
dubitabit iterũ aliqs si obiecta horꝝ prius his querẽda sunt
vt sensibile sensitiuo,intelligibile intellectiuo. 11. ¶Viden
11. tur aũt nõ solũ quod qd est cognoscere vtile esse ad cogno
scendũ causas accidentiũ in substaucijs, sicut in mathemati
cis qd rectũ aut obliquũ, qd linea qd planũ, ad cognoscen-
dum ꝙ duobꝰ rectis trianguli anguli sunt equales.Sed ecõ
uerso accidentia magnã partem conferũt ad cognoscendũ
quod qd est. Cum eñ habemus tradere scdm fantasias de
accidentibus,aut oñibus aut pluribus, tũc & de substantia
habemus dicere aliqd optimũ,oñis eñ demõstratiõis prin
cipium est quod qd est.Quare secundũ quascũq; diffinitio
nes nõ cõtingit accidentia cognoscere sed neq; cõiecturari
de ipsis facile. manifestũ aũt est ꝙ dyalecticę dictę difficiles
sunt &vane omnes. 12. ¶Dubitationẽ autẽ hñt & passio-
12. nes anime vtrũ sint oñes cõmunes & habẽtis, an sit aliqua
anime ꝓpria ipsius,Hoc eñ accipe qdem necessariũ est,nõ
aũt leue. Videt aũt plurimorũ qdem nullũ sine corpe pati,
neq; facere,vt irasci,confidere,desiderare &oñino sentire.
Maxime aũt assimilaꝫ ꝓprio intelligere.Si aũt est &hoc fan
tasia quedã aut nõ sine fantasia, nõ cõtingit vtiq; neq; hoc si
corpore esse. 13. ¶Si qdem igiꝫ anime est operũ aliqd aut
13. passionũ ꝓpria,cõtingit vtiq; ipsam separari.Si vero nullũ
est ꝓprium ipsius,nõ erit vtiq; sepabilis.Sed sicut recto in-

quantū recto multa accidūt, vt tangere eneam ſperā ſcdm punctū; nō tñ tanget ab hoc ſeparatū rectū. Inſepabile em̄, ſiqdem ſemp cū quodā corpore eſt. 14. ¶Vident aūt & ani 14.
me paſſiones om̄es eſſe cū corpore, ira, manſuetudo, timor miſericordia, confidentia, adhuc gaudiū, & amare & odire. Simul em̄ patitur aliqd corpus. Indicat aūt hoc aliqñ quidē duris & manifeſtis paſſiōibus cōcidentibus nihil exacerbari, aut timere. Aliqñ & a paruis & debilib⁹ moueri cū accendatur corpus, & ſic habeat, ſicut cum iraſcit. Adhuc aūt magis hoc manifeſtū. Nullo em̄ terribili imminēte in paſſionibus fiūt his aliqui timentes. 15. ¶Si aūt ſic ſe habet manife 15.
ſtum qm̄ paſſionū ratiōes in materia ſunt. Quare termini tales, vt iraſci; motus qdem talis corpis aut partis aut potencie ab hoc, & gratia huius. Et ꝓpter hoc igit iam phiſici eſt conſiderare de anima, aut om̄i, aut huiuſmodi.

¶Capitulum ſecundū, in quo philoſophus diſtinguit phiſicū ab aliis artificibus. ¶Noue. 16.



Iuerſo aūt modo naturalis & diſſerēdi artifex vnūquodq; ipſoꝝ diffiniet, nam alter iram appetitionē eē dicet doloris vicissim aduerſario inferendi, aut aliqd tale. alter ſanguinis aut caloris eius qui circa cor eſt feruorem ebulitionēue, atq; alter materiā, alter formā hoc pacto reddit & rationē. Hec em̄ eſt ratio rei quā neceſſe eſt ſi fuerit in tali materia eſſe. Sic em̄ & domus aſſignari diffinitio ſolet, nam qdam talē eius ratioue aſſignat eſſe, dicens tegmentū quod quidē, phibere, ꝓpulſareq; poteſt incomo

ditates eas, quę tum a ventis tũ ab imbribus; tũ etiã ab estu fieri euenire ępsolent. Quidã dicit lapides esse lateres atq; ligna, at alius formã in hisce ponit horũ dicẽdo gratia. Quis igit̃ istoꝝ est naturalis? Is ne q materiã assignat & rationem ignorat, an is q solam rationẽ reddit & materiã ipsam ammittit, an is potius q vtrãq; cõplectit̃. At illoꝝ vterq; qs est.

17 17. ¶At em̃ cõstat neminẽ esse, q circa materię verset̃ affectus nõ sepabiles, & vt nõ sepabiles sunt preter ipsum philosophũ naturalẽ. Etem̃ naturalis circa omia ea versat̃, que talis corpis talisq; materiei sunt opatiões atq; affectus. Circa aũt ea que talia nõ sunt non naturalis, sed alius solet versari. Atq; de nõnullis qdem cõsiderat, si forte fuerit artifex faber inquã, vl̃ medicus. De his aũt que sepabilia quidẽ nõ sunt, attamẽ nõ vt affectus corpis talis, sed abstractione sumunt̃, mathematicus. At ea que sunt sepata, & vt talia sunt

18 ipse primus philosophus cõtemplat̃. 18. ¶Sed eo redeundum est, vnde nostra defluxit oratio. Dicebamus aũt affectus anime esse insepabiles ab animalium naturali materia vt tales sunt, & nõ vt separetur linea superficiesq;, sic iram & metũ a subiecta sibi materia separi. ¶Antique trã,

16. lferenter aũt diffiniet physicus & dyalecticus vnũquodq; ipsorũ, vt iram qd est. Hic qdem em̃ appetitũ, contristatiõis, aut aliqd hmõi. Ille aũt feruorẽ sanguinis aut calidi circa cor. Horũ aũt alius qdem assignat materiã, alius vero speciẽ & rationẽ. Ratio qdem em̃ hec spẽs rei. Necesse est aũt hanc esse i materia hmõi si erit,

ſicut domus. Ratio quidē talis quedā, qa operimentū, phibens corruptiões a ventis & imbribus & caumatibus. Hec aūt dicit & lapides & lateres & ligna, alia vero in his ſpeciē propter iſta. Quę igitur naturalis harū, vtrū quę circa materiam, rationē aūt ignorans, aut que circa rationem ſolū, aut magis que eſt ex vtriſq. 17. ¶Illorū aūt qs vterq. At vero 17. non eſt aliqs qui circa paſſiões materie nō ſepabiles, ſed circa oēs phyſicus quecūq talis corpis & huiꝰ materie opera & paſſiones ſunt. Et circa quaſcūq aūt nō inquantū huiꝰ alius, vt de qbuſdā qdā eſt artifex, ſi contingat vt inſtructor aut medicus. Nō ſepabiliū quidē inquantū aūt nō talis corporis paſſiões, ſed ex remotiõe mathematicus, ſcdm aūt q ſepate primus phūs. 18. ¶Sed redeūdū eſt vnde venit ſermo. Dicebamus aūt q paſſiones anime nō ſepabiles a phyſica materia animaliū inquantū tales exiſtunt, vt furor & timor, & non ſicut linea & planum. ¶Noue tranſ. 18

affectiones animæ sunt inseparabiles à corpore.

SECVNDVS TRACTATVS, IN QVO PHILOSOphus inciptens pſequi intentū ſuū narrat & ꝓfutat opiniões antiquoꝝ de nacura anime. ¶Et habet quatuoꝝ capitula. In ꝓmo recitat opiniones illoꝝ q inueſtigabant naturaz anime p ſenſuz & motū.

Erūemuero neceſſe eſt cōſiderātes de ani 19
ma, & de his dubitantes ac ambigentes q̄
nos oportet ꝓcedentes inuenire atq; ꝓcipere in mediū eorū antiquoꝝ afferamus opiniões, q de anima tractarūt aliqd atq; dixerunt, vt ea quidē accipiamus que bñ ſunt dicta, ab his aūt caueamus q̄ nō bene rectecq; dicta fuere. Initiū aūt inqſitionis hoc erit, ꝓfecto cōgruū, ſi prius poſuerimus ea quę

maxime videñ anime cõpetere ſuapte natura. Animantiũ
ítaq; duobus his ab inanímato maxime differre videñ mo
tu ac ſenſu. A maioríbus etiã noſtris hec duo fere de anima
20. accípimus. 20 ¶Inquiũt eñ nõnulli animã id eſſe, q; maxí
me primoq; mouet. Atq; exiſtímantes fieri non poſſe vt id
aliud qcq̃ moueat qđ nõ moueaẽ, animã vnũ, qd eoꝝ eſſe
putarũt q̃ motu cieñ. Quocírca Democritus ígnem atq; ca
lorem ípſam cenſuit eſſe, nam cũ ſint infiníte figure ac indi
uídua corpora rotunda dícit ígnẽ & animã eſſe. Hec indíui
dua corpa ſímilia corpuſculís íjs eſſe q̃ in aere fieri videñ,
in ípſis inquã radíjs que p feneſtrã ingrediunt, & rerũ ele
menta generandaꝝ ſeminaq; totius eſſe nature díxit. Eadẽ
& Leucíppus ílle cenſebat. Horꝝ ígiẽ corporũ & ea q̃ ſunt
rotunda ignẽ ac animã aſſerũt eſſe, ꝓpterea quod maxime
omniũ figure tales totũ corpus ígredí penetrareq; poſſunt,
atq; cetera mouere cũ moueañ & ipſa. Arbítramur eñ ani
21. mam id eſſe qđ motũ animalíbus prebet. 21. ¶Quaprop
ter & reſpiratiõnẽ víuendi ratiõnemq; atq; cauſam eſſe pu
tant. Nam eo qđ continet cõtrahente corpa cõprimenteue
ac extrudente figuras eas q̃ prebent animalíbus motũ, qa
nec ípſe vnq̃ quieſcũt ſuccurſum auxíliũq; reſpiratíone fie
rí dicũt ingredientíbus alíjs figurís ſimílibus, q̃ quidẽ egre
di, phibent ípſas q̃ animalíbus inſunt; id repellendo qđ cõ
trahit atq; premit, & eouſq; víuere animalía quouſq; id fa
22. cere pñt. 22. ¶Videñ aũt & id qđ a nõnullís pythagoricís
dicíñ eandẽ habere ſententíã. Quidã eñ ipſoꝝ ea corpuſcu
la que agitañ in aere, quidã id qđ ílla mouet ac agítat ani-

mam esse dixerũt, ꝓpterea, ꝙ continue moueri videnť, etiã si nullus ventus ꝓnitus afflet. Eodẽ ferunť & ij q dicũt animam id esse qd' seipsum agitat motu. Etẽm oẽs ij motum videuť putasse maxime ꝓpriũ esse anime; & alia quidẽ vniuersa ꝓ animam, hanc aũt a seipsa moueri, qa nihil videbãt mouere qd' nõ moueať & ipsum. 23. ¶Similiter & Anaxagoras id qd' mouet animã esse dicit. Et si qs alius censuit vniuersum mentẽ mouisse. nõ tñ ꝓinde penitus atq; Democritus, is ẽm animã & intellectũ simpliciter idẽ esse putauit etẽm id qd' videť ver; esse dicebat. Quocirca recte dixisse inquit homerũ hectora iacere alia sapientẽ. Non igiť vt potentia quadã circa veritatem vtitur mente ac intellectu, sed idem esse animã dicit & intellectũ. Anaxagoras aũt minus de ipsis explanat. Multis ẽm in locis boni rectiq; mentẽ cautam esse dicit. Alibi autẽ anima in ipsam mentẽ esse asserit, nam animalibus vniuersis tã paruis q; magnis, tam prestabilibus q; minus etiã prestabilibus mentẽ inesse dicit. At ea mens tñ & intellectus cui prudentia tribuiť nõ vniuersis similiter anialibꝫ, quin etiã neq; cũctis hominibꝫ inesse videť. 24. 14. ¶Omnes igiť ij qui ad animantis respexere motũ maxime motiuum animam esse putarũt.

¶Capitulũ scdm, in q recitat opiniões philosopho



rum q inuestigabãt alaꝫ ex pte tensus a cognitiõis.

T qui cognitionẽ aiaduerterũt ipsius ac sensum qbus res cognoscit & sentit ij dicunt animã ipsam principia rerũ esse. At qui plura principia faciũt hec ipsa, q vero

Anima q̄s elemēt

vnum idipſum animā eſſe cenſent, Empedocles em̄ ex elementis qdē vniuerſis ipſam conſtare cenſet, tñ & vnūq̄dq̄ ſtor̄ animā eſſe putat. Dicit em̄, terrā nam terra limpha cognoſcimus aquā. Etheraq̄ etherę ſane, ignis dinoſcit igne,
26 Sic & amore amor ac triſti diſcordia lite. 26. ¶Eodē & plato modo animā in thimeo ex elemētis cōſtare cenſet. Similiā q̄ eiꝰ quoq̄ ſentētia cognoſcit ſimile, & res ipſe ex principijs ſunt. Similit̄ determinatū eſt ab eodē & in hiſce que de philoſophia dicunt̄. Animal quidē ipſum ex ipſius vniꝰ idea formaue, & ex longitudine prima & latitudine ꝓfun-
27. ditateue conſtare. Cetera vero ſimili modo. 27. ¶Inſuꝑ & alio pacto, intellectū quidē eſſe vnū ipſum. Ipſa ẏo duo ſcientiam. Eſt em̄ ipſa tm̄ ad vnū ꝓceſſio. Supficiei preterea numerū. Opinionē ſolidi ſenſum, nā numeri quidē forme ipſe & pricipia dicebant̄. Sunt aūt ex elemētis. Res vero partim intellectu partim ſciētia ꝑtim opiniōe, partim ſenſu di-
28. iudicant̄ ac diſcernunt̄. Atq̄ hi nūeri formę ſunt rerū. 28. ¶Cū aūt ania motiuū & cognitiuū ſit quida vtrūq̄ cōplexi ſunt atq̄ animā numer̄ eſſe ſeipſum mouentē aſſeruerūt. Oēs tm̄ de principijs que & quot ſeſe ſunt, inter ſe diſſentire vident̄, atq̄ maxime quidē ij q corporea putāt eſſe, ab hiſce diſſentiūt q incorporea ponūt. Minus aūt ab ijs q cōpoſuerūt, & ex vtriſq̄ principia rerū aſſignauerūt, Diſſentiunt etiā & de multitudine eorūdē. Quidā em̄ vnū quidā
29. plura principia dicūt eſſe. 29 ¶Atq̄ vt de principijs ſenſerunt, ſic de anima etiā determinauerūt. Non em̄ abeſt a ratione, in primor̄ natura mouendi cauſam collocare. Qua-

propter ignis quibusdã esse videt. Is em̃ subtilissimarũ est partiũ, & longe magis q̃ elemẽta cetera in corporibus, mouetur insup, & cetera primo mouet. 30. ¶Democrit⁹ aũt & subtilius dixit, cũ assignauerit cur est istoꝝ vtrũq;. Dixit em̃ animam quidẽ mentẽq; idẽ esse, hoc aũt ex ipsis primis atq; indiuisibilibus corpibus esse. Atq; ob partiũ quidẽ subtilitatem mouere, ob figuram vero moueri. Figurarũ autẽ omniũ nobilissimã figuram rotundã Anaxagoras asserit talemq; esse intellectũ & ignẽ. 31. ¶At Anaxagoras videt q̃ dem aliud animã, aliud intellectũ mentemue dicere, quem admodũ & antea diximus. Vtitur tñ vtrisq; pinde atq; vna natura, verũ mentẽ principiũ maxime omniũ ponit. Solam itaq; rerũ omniũ ipsam simplicẽ & nõ mixtã & puram esse sincerãq; dixit, atq; eidẽ principio hec vtraq; tribuit, cognitionem inquã & motũ dicens vniuersum mentẽ esse. 32. ¶Thales etiã videt ex hisce qne tradita memorię sunt motiuum quoddã animã ipsam esse putasse, siquidẽ dixit magnetem habere animã, qa mouet trahitq; ferrũ. Diogenes aũt sicut & alij quidã aerẽ ipsam censuit esse, hũc subtilissime substantię rerũq; principiũ esse putans. Idcirco cognoscere atq; mouere animã dicit, hoc quidẽ cognoscere, quo primũ est, & ex hoc ipso cetera constant, hoc aũt esse motiuum, quo subtilissimũ est. Heraclitus q̃q; principiũ ait animam esse. Quippe cũ exaltationẽ esse, ex qua cetera dicit constare, & maxime incorporeũ esse & semp fluere dicat, atq; id qđ mouet ab eo quo motu cietur cognosci constat. Moueri aũt res vniuersas & ipe & alij cõplures arbitrabant

30. 31. 32.

Simili modo,& Almeon de anima putasse videt. Dicit em̃ ipsam immortalẽ esse ex eo.qa similis ip̃is imortalibus est. Quod quidẽ ideo dixit ipsi cõpetere,qa semp̃ mouet.Mouent em̃ & res omnes diuine cõtinue semp̃ luna inquã,sol, stelle,totũq̃ cœlũ. Quidã & magis importuni animã aquã esse dixerũt, vt Hippo q̃ quidẽ ad hanc sententiã ratiõe seminis videt esse compulsus,qa omniũ semẽ humidũ est,etem̃ redarguit eos qui sanguinẽ animã asserũt qa semen sanguis non est.Sunt & q̃ sanguinẽ ipsam esse dixerũt,vt Crytias.Sentire ipsum maxime,ppriũ anime esse putantes, qđ quidẽ cõpetere,ppter naturã sanguinis credíderũt.Ita omnia elementa preter terrã iudicẽ habuerũt.Hanc aũt nemo tribuit anie nisi quispiam dixerit ex oĩbus elemẽtis constare aut oĩa esse. 33. ¶Vtigit̃ in summã oĩa redigam⁹, trib⁹ his oĩes animã,motu,sensu,incorporeoq̃ diffiniunt, quoq̃ vnũquodq̃ reducit̃ ad pricipia rerũ;vt patuit.Quopropter & ij qui cognitiõe diffiniũt aimã,aut elementũ,aut ex elementis faciũt ipsam,similiter oĩes preter vnũ dicentes. Inqunt em̃ simile simili sibi cognosci. Atq̃ cũ vniuersa cognoscat ac pcipiat anima,ex vniuersis rerũ principijs ipsam constare dicũt. 34. ¶Quibus igit̃ placuit vnã causam elementũq̃ vnũ ponere rerũ, ij animã etiã vnũ velut ignẽ, aut aerẽ esse ponũt.Qui vero plura reb⁹ principia tribuũt, ij plura quoq̃ dicunt auimã esse. Solus autẽ Anaxagoras mentẽ passione vacare dicit, & nihil prorsus cũ ceteris habere cõune. Vtrũ cũ talis sit,quonã pacto cognoscet,& quã ob causam. Neq̃ ille dixit,neq̃ ex dictis perspici potest.

35. ¶At vero qui cõtrarietates in principijs faciũt, ij cõficiunt animã etiã ex cõtrarijs. Qui vero tm alterũ ponũt contrariorũ, calidũ inquã aut frigidũ aut aliquid aliud huiuscemodi, ij similtter & animã vnũ istorũ asserũt esse. Quapropter & nomina ipsa sequunt. Nam ij q calidũ esse dicũt, inde inquiũt ipsum viuere ductum nominatũq; fuisse. Et ij rursus qui frigidũ esse censent, animã inde nũcupatã ob respiratione & refrigeratione asserũt esse. Hec igit sunt que de anima tradita sunt a maioribus nostris, & hec sunt cause ob quas illi talia de ipsa dixerunt. 35.

¶Capitulũ terciũ, in quo reprobat opiniões, & primo illas que inuestigabant aiam p motũ,

36. COnsiderandũ est aũt primũ de motu. Nam fortasse non solum falsum est substantiam anime talẽ esse qualẽ ij dicũt, qui animã id asserũt esse qd seipsum mouet aut mouere potest, sed etiã vnũ id esse quoddã videtur eorũ que nequeũt esse, motũ inquã ipsi inesse atq; cõpetere. Non necessariũ igit esse, id om̃e moueri quod mouet, olim iam diximus & ꝓbauimus. 37. ¶Cum aũt omne qd motu cietur duplíciter moueat, aut em̃ p aliud aut p se mouetur, p aliud aũt id omne moueri dicimus, quod est in eo quod motu cietur vt nauigãtes, hi nãq; nõ pinde atq; nauis mouent; hec em̃ p se mouent, illi motu cient, qa sunt in eo qd motu cietur qd quidẽ ita esse patet in partibus, motus em̃ ꝓprius pedum est ambulatio qua mouent & hoies, tũc aũt hisce motus nõ inest, vt patet in nauigantibus. 38. ¶Cũ 36. 37. 38.

igitur id qđ mouet, vt dixim⁹, bifariam dicat moueri. Consideremus nũc optet de anima, si p se moueat motusq; particeps sit. Cum igit qnatuor sint motus. Latio, alteratio, accretio, atq; decretio, aut istorũ vno, aut pluri⁹ aut oĩbus, vt patet mouebit. Quod si nõ p accns moueat, natura sane motus inerit ipsi. At si hoc sit locus etiã eidẽ idẽtidem cõpe
39. tet. Omnes eĩ iam dicti motus in loco sunt. 39. ¶Quod si substantię sit anime se ipsam motu ciere, nõ p accns inerit ipsi motui vt inest albedini aut tricubito. Mouent eĩ & ipsa, verũ p accidẽs, qppe cũ corpus id moueat cui res tales insunt. Quapropter & locus nullus ipsor⁹ est. At erit anime si
40. ne controuersia locus, si natura motus particeps est. 40. ¶Preterea si natura motu cietur, vi quoq; moueri põt, & si mouet, & natura moueri potest. Eodẽ modo de qete quoq; dicere possumus, in hoc eĩ natura res qescere solet, in qđ suapte natura mouet. In hoc parí mõ ví plane qescit, in qđ ví pulsa mouet. At q motus erũt anie violẽti qetesue. Neq; si fingere volum⁹, assignare facile possumus. At vero si sursum mouebit, ignis, si deorsum terra, hisce nãq; corporibus hi motus cõpetunt. eadẽ est & de medijs corporibus ratio.
4. 41. ¶Preterea cũ videat anima corpus mouere, ratiõi consentaneũ est ijs motibus ipsum mouere quibus & ipsa mouent. Qđ si id sit cõuertendo vere quoq; dicere possumus; eo ipsam motu cieri quo mouet & corpus at latiõe corpus mouet. Quare mutabit & anima pinde atq; corpus & aut tota aut ptibus locũ mutabit, qđ si id fieri potest, fieri quoq; põt vt egressa rursus corpus ingrediat. Ex quo fiet vt ani-

malium ea que mortẽ obierũt reſurgant. 42. ¶At eñ motum ꝑ accidens ab alia quoq; mouebiť. Animal eñ vi pelli poteſt nõ aũt oportet cuius in ſubſtãtia ineſt a ſeipſo moueri, id ab alio motu cieri, niſi ꝑ accidẽs quẽadmodũ neq; qđ ꝑ ſe vel ꝓpter ſe bonũ eſt id per aliud oportet aut gratia cuiuſpiam eſſe. 42.

43. ¶Animã aũt ſi mouet a ſenſibilibus maxime quiſpiã dicet moueri. At vero ſi mouet ſe ipſa anima, & ipſa quoq; mouet. Quare cũ oñis motus exitus atq; remotio ſit eius qđ motu cietur, ea ratõe qua motũ ſubijt anima nimirũ ex ſubſtãtia dimouet & exit, niſi ſe ipſam ꝑ accidens moueat, at motus vt inquntſubſtantie eſt ipſius per ſe. 43.

44. ¶Quidã aũt aſſerũt animã id corpus in quo eſt eodẽ mane re modo quo & ipſa mouet. vt Demo:q quidẽ ꝑinde atq; philipus comicus dicit ille nãq; dedalũ ait ligneam venerẽ cõfeciſſe que motu mouebat argenti viui, qđ i illã infundi & Demo:parimõ pilas indiuiſibiles ſecum trahere corpus vtrum atq; mouere dicit ex eo qa nunq̃ ipſe qeſcunt ſuapte natura deſinũtq; moueri. Nos aũt ipſum interrogabimus, ſi quietẽ etiã idipſum faciat nunq̃. At quo nã pacto quietẽ faciet, difficile eſt dictu vel potius dici nõ poteſt. Oñino aũt anima nõ ſic mouere videt anial vt inquiũt ipſi, ſed electione quadã intellectiõeue. 44.

45. ¶Eodẽ aũt modo Thimus etiam animã corpus mouere dicit. Mouere enim ipſam ex eo cenſet atq; aſſerit corpus, qa mouet ꝓpterea qđ ad ipſum connexa eſt, opifex eñ dicit ex elementis ipſam iam cõſtitutam, numeriſq; diſtinctam ſonoris, vt inſitum ſonoritatis atq; concentus habeat ſenſum, & vniuerſum ferat cõſonis

latiõibus rectitudinẽ coegit atq; flexit in circulũ. Et cũ vnũ in duos diuisisset circulos duobus in pũctis cõiunctos, rursus, vnũ in septẽ orbes diuisit, qm̃ latiões ipsius celi motiões
46. sunt anime qbus ipsa mouet. 46. ¶Primũ igit nõ recte dicitur animã magnitudinẽ esse. Nam animã vniuersi talẽ ipse vult esse, qualis est ea que mens & intellectus vocat. Nõ qualis est sensitiua, nec qualis est ea que est principiũ cupi-
47. endi, quippe cũ harũ motus nõ sit vt patet conuersio. 47. ¶Intellectus aũt vnus est & continuus pinde ac intellectio. Intellectio vero est ipsius intellectus cõceptio. Sed hi nimirum vnũ hoc sunt, quod alius deinceps post aliũ est, vti numerus, sed nõ vti magnitudo. Quocirca nec intellect⁹ hoc pacto cõtinuus est, sed aut partibus penitus vacat aut non est vt magnitudo cõtinuus. Atq; si magnitudo sit quo nam pacto quãcunq; suarũ intelliget partiũ siue ille sint magnitudines, siue etiã puncta si hec quoq; partes appellare oportet. Nam si puncto puncta vero sunt infinita, nunq; ptransibit vt patet in magnitudine sepius vel infinities idẽ intelli-
get. At videt & semel intelligere posse. Q; si sat est quãuis partiũ tangere. Quid oportet aut orbe versari aut omnino
48. magnitudinẽ ipsum habere. 48. ¶Quod si necesse est ipsum intelligere toto tangentẽ circulo, qs est ipsarũ partiũ tactus. Preterea quonã pacto vel impartibili partibile vel impartibile partibili ipse intelliget. Necesse est autẽ intellectũ esse circulũ hũc. Intellectus nanq; motus intellectio est, circuli vero conuersio. Si igit intellectio cõuersio est, & circulus is intellectus erit, pfecto cui⁹ talis cõuersio itellectio est.

Quid preterea ſemp intelliget; Oportet em̃ ipſum aliqd intelligere ſemp quippe cũ cõuerſio ſit phennis atq; ppetua, nam cõſtat intellectionũ rerũ earũ q̃ cadũt ſub actionẽ terminos eſſe ac fines, omes em̃ alicuius ſunt gratia, cõtemplatiue quoq; ratiõibus idẽtidẽ animant̃. Et rationũ aliã diffinitionẽ aliã demonſtrationẽ eſſe patet, demõſtratiões autẽ & ex principio ſunt & finẽ habẽt quodãmodo rationationẽ, aut cõcluſionẽ. Quod ſi nõ terminant̃, at ſaltem nõ ad prin cipium redeũt. Sed mediũ extremũq; ſemp ſumẽtes recta proficiſcunt̃. At cõuerſio rurſus vt patet ad principiũ redit atq; reflectit̃, diffinitiões etiã finite ſunt omes ac terminate. Preterea ſi ſepius eadẽ cõuerſio fit idem ſepius intelligere oportebit. Preterea intellectio q̃ti magis & ſtatui q̃ motui ſimilis eſſe videt̃. Eodẽ modo & ipſa etiã ratiocinatio. 49. 49.

¶At qui neq; beatũ ideſt, qd̃ nõ eſt facile ſed violentũ vt patet. Quod ſi motus nõ ſit ipſius ſubſtantia, preter naturã fane mouebit̃. Laborioſum eſt etiã cõiunctũ eſſe cũ corpore, neq; abſolui ab eo poſſe, & inſup maximope fugiendum. Quippe cũ melius ſit intellectui nõ eſſe cũ corpore, quẽad modũ & dici ſolet & cõplures plane cõſentiũt. 50. ¶Cauſa 50. preterea qua celũ conuertit̃ nõ videt̃ ex dictis illis emergere. Neq; em̃ anime ſubſtantia cauſa eſt conuerſiõis ſed p accidens hoc modo mouet̃, neq; etiã corpus, ſed anima corpori potius cauſa eſt motiõis. At ỹo neq; dicit̃ ita melius eſſe & tamen oportebat ideo deũ animam orbe verſari facere. Quia melius eſt ipſi moueri q̃ ſtare, & hoc pacto moueri q̃ alio modo. 51. ¶Verũ em̃ cũ huiuſcemodi cõſideratio ma 51.

gis alijs accomodet sermonibus, eam nũc omittamus. Illud aũt absurdũ euenire videt tam huic sententie q̃ etiã cõpluribus alijs que dicunt de anima. Etem̃ cõiungũt quidã animam cũ corpe, ponũtq; ipsam in eo, & tñ nihil prorsus de-
52. terminant, quã ob causam & quo mõ sese hñte corpe. 52. ¶Quod tñ necessariũ esse videt. Nam ob ꝓpinqtatẽ hoc q dem agit, illud patit & hoc rursus mouet, illud aũt mouet.
53. Quor̃ nihil sane q̃busuis inter sese cõpetit. 53. ¶At illi dicere quidẽ quale q̃d sit ipsa ania enitunt, de susceptiuo vero corpe nihil penitus dicũt atq; determinant, ꝓinde quasi fieri possit vt queuis ania sine vllo discrimie q̃d uis corpus ingrediat, vt pithagoricor̃ fabule dicunt, animantis em̃ cuiusq; ꝓpriam speciẽ habere formãq; videt, ꝓinde igit dicũt atq; si q̃spiam artẽ fabrilem fistulas ingredi dicat. Et em̃ ars quidẽ instrumẽtis, anima vero corpore vtat oportet, videt
54. em̃ vnũquodq; ꝓpriam habere speciẽ & formã. 54. ¶Est autẽ & alia quedã opinio de anima tradita ꝓbabilis quidẽ cõpluribus & nulla earũ inferior q̃ de ipsa dicunt. Reprobata tñ & hisce ratiõibns, quę in cõibus sermonib⁹ fiũt. Animam enim harmoniã quandã inquiũt esse; harmoniã nãq; temperationẽ esse cõpositionẽq; cõtrariorũ dicunt corpus
55 ex cõtrarijs cõpositũ esse. 55. ¶Verũ em̃ harmonia quidẽ ratio quedã eor̃ est q̃ sunt ꝓmixta, vl etiã cõpositio. Anima aũt neutr̃ istor̃ esse potest vt patet. Preterea harmonię nõ
56. est mouere, anie aũt id omes maxime tribuũt. 56. ¶Accomodatius aũt harmonia de sanitate atq; omnino de virtutibus corporis, q̃ de anima dici potest, atq; manifestissimũ id

erit,pfecto.ſi quiſpiã opatiões atq; affectus anime in aliquã harmoniã reducere enitat, accomodare nãq; pdifficile eſt. 57. ¶Preterea in duo reſpiciẽtes harmoniã dicere cõſueui- 57.
mus,& ,ppriſſime quidẽ eorũ magnitudinũ cõpoſitionẽ q̃ motũ habet poſitionẽue,cũ adeo ſunt coniuncte vt nihil e- iuſdem gñis inter ſeſe ſuſcipe poſſint.Hinc aũt & rerũ ratio nem mixtarũ.At neutro ,pfecto modo cõſentaneũ eſt ratio ni,harmoniã animã appellare, atq; partiũ corpis, cõpoſitio facilis eſt admodũ inq̃ſitiõis, cõplures nãq; cõpoſitões ſunt vt patet & varie partiũ, cuius igit aut quonã pacto,intelle- ctum aũt etiã ſenſitiuũ aut appetitiuũ cõpoſitionẽ eſſe puta re oportet. 58. ¶Similiter abſurdũ eſt ſane mixtiõis quoq; 58. ex d ea elem
ratione animã eſſe putare.Non em̃ elemẽtorũ mixtio ratio fib conſtat aia
nem habet eandẽ in carne & oſſe ceteriſq; corpis partibus. Fient igit vt cõplures habeat animas p totũq; corpus,ſi par tes quidẽ vniuerſe corpis ex elementis conſtent p̃mixtis,ra tio vero mixtiõis harmonia ſit vt inquntanimaq;. 59. ¶Id 59.
etiã quiſpiã & ab Empedocle nõ iniuria patet. Vnamquãq; nãq; partiũ aliqua ratiõe dicit eſſe confectam. Vtrũ igit ip- ſa ratio ſit anima,an potius ſit aliq̃d aliud ania,& ipſis mem bris aduenĩat. Preterea vtrũ cuiuſuis mixtiõis ſine vllo di- ſcrimine cauſa ſit ipſa concordia,an eius q̃ ratione conficit. Et hec vtrũ ſit ipſa anima an aliq̃d diuerſum a ratione. 60. 60.
¶Hec igit tales dubitatiões habere videnť. Verũ ſi ania di- uerſum a mixtiõe ſit vt diximus, cur vna cũ ratione carnis & ceterarũ etiã animaliũ partiũ tollit. Inſup ſi nõ vnaquaq; partiũ animã habeat,ſi non ſit anima ratio mixtionis;q̃d eſt

61. quod decedẽte corrumpíť anima. 61. ¶Ex his igíť que dícta ſunt patet animam nec animã nec harmoniã eſſe poſſe, nec orbe verſarí, ꝑ accidens tñ vt dixímus moueri poteſt & ſeipſam mouere, moueť nãq; corpus in quo eſt, moueť aũt vt patet ab anima, alio vero modo fieri nequit vt ípſa mo-

mouet anima nõ mouetur

62. ueatur motu ad locũ accomodato. 62. ¶At eñ rectius de hac ípſa qſpiã ad talia reſpiciens dubitabit, putabitq; ípſam moueri. Dolere nãq; dicímus auimã gaudere confidere timere ínſup iraſci ſentire ratiocinari, q̃ quidẽ omnia motus eſſe videnť. Quapropter ípſam qſpiã exiſtimabit moueri.

obiectio

Verũ id non neceſſariũ eſt. Nam & ſi q̃ maxíme dolere vel gaudere vel ratiocínari motus ſunt vel potius moueri, tñ ípſum moueri ab anima eſt. Iraſcí nãq; aut timere eſt hoc modo moueri cor. Ratiocínari aũt aut tale forſitan eſt, aut etiã aliud. Atq; quedã iſtorũ fiunt, cũ aliqua latiõe mouenť; quedam cũ aliqua alteranť. Quę nam vero ſint ílla & quo mo-

64. do fiant, alia ratio eſt. 64. ¶Dícere aũt animam iraſcí vel timere ſimíle atq; ſi quiſpiã animã texere; dícat vel edíficare. Nam melius eſt fortaſſe dícere nõ animã, ſed hominẽ ania míſereri, vel diſcere vel ratiocínari. Idq; nõ qa motus in ílla ſit, ſed qa nõnunq̃ qdem vſq; ad íllam, nõnunq̃ vero ab ílla, veluti ſenſus quidẽ ex híſce, recordatio autẽ ab ílla ad eos

65. motus vel ſtatus qui ſint in ípſorũ ſenſuũ inſtrumentis. 65. ¶Intellectus aũt aduenire videť, & ſtantia quedã eſſe ac nõ corrumpí. Nam ab ea maxime que in ſenectute fit obfuſcatione corrumpereť. Nunc aũt ꝓinde fit atq; in ſenſuũ inſtrumentis. Etẽm ſi ſenex talẽ accepit oculũ videret ſicut & iu-

uenis. Quare ſenectus nō qa anima qcq̄ eſt paſſa, ſed qa id in quo eſt aliqd paſſum eſt, quēadmodū in ebrietatibus & in morbis fieri ſolet. 66. ¶Et ipſum igit intellige accōtem 66.
plari marceſcit, qa aliud quoddā intus corrūpit, ipſum autē paſſione vacat, ratiocinari vero & amare aut odiſſe nō ſunt illius affectus, ſed huiuſce qđ habet illud ea ratōe qua illud habet, Quapropter & hoc corrupto nec recordatur, nec amat, nō em̄ illius ſed ipſius cōis qđ quidē perijt. Intellectus aūt diuinū qd eſt fortaſſe, paſſiōecq̄ vacat. Eſſe igit impoſſibile moueri animā ꝓſpicuū iam ex dictis euaſit, qđ ſi omnino nō motu cietur patet nec a ſeipſa motu cieri. 67. ¶Atq̄ 67.
nuemrū animā eſſe dicere ſeipſum motu cientē multolongius q̄ ea que dicta ſunt a ratiōe diſtare videt. Nam ijs qui id aſſerūt, ea primū impoſſibilia que emergūt ex motu, deinde ꝓpria quedā ex eo qa dicūt ipſam numerū eſſe euenīunt. Quo nāq̄ modo vnitatē moueri intelligrre optet, & a quo & quonā pacto. Cum imptibilis ſit & nullam habeat differentiā, ſi em̄ motiua ſit atq̄ mobilis diuerſa eſſe optet. 68. ¶Preterea cū lineā quidē motiōe ſupficiē facere dicaut, 68.
punctum aūt lineā, vnitatū etiā motus erunt cōtinuo linee. Punctū em̄ vnitas eſt poſitionē hns, atq̄ numerus anie iam alicubi eſt poſitionēcq̄ habet. Preterea ſi qs a nūero numerum vel vnitatē abſtulerit, alius relinquit nūerus, atq̄ plante multaq̄ animaliū viuūt diuiſa, & eandē animā ſpecie vident habere. 69. ¶At qui nihil referre videbit vnitates di 69.
cantur an corpuſcula parua. Etem̄ ſi pūcta fiant ex Democriti pilulis, modo maneat quātitas erit in ipſis aliud quidē

quod mouet, aliud aũt quod mouet, ſicut in magnitudine, nõ eñ qa magnitudine differũt aut prauitate id qđ dictum eſt accidit, ſed qa ſubeunt quãtitatẽ. Quocirca neceſſe eſt aliqd eſſe qđ ipſas vnitates mouebit, qđ ſi id qđ in animali mouet anima eſt, & id qđ in numero eſt anima mouet, quare anima non eſt id qđ mouet atq; mouet, ſed id qđ mouet
70. dũtaxat. 70. ¶At vero q fieri poteſt, vt hęc vnitas ſit, oportet eñ ipſius ad cęteras aliquã differẽtiã eſſe. At vnici puncti quę nã preter poſitionẽ eſſe differentia poteſt, ſi igit vnitates pũctaue quę ſunt in corpe diuerſa ſunt ab vnitatibus animę atq; punctis erunt ipſe vnitates in eodẽ ꝓfecto loco, punctũ eñ animę locũ occupabit corporis pũcti atq; qd obſtabit ac ꝓhibebit, vt ſi duo puncta ſunt ſimul in eodẽ loco & plura ſint duobus ac infinita, quoꝝ eñ locus indiuiſibilis eſt & ipſa indiuiſibilia ſunt.
71. 71. ¶Sunt ꝯo ea puncta q̃ ſint in corpe ſint ipſe nũerus animę, vł ſi numerus q ex punctis conſtat q̃ ſunt in corpe ſit ipſa anima, cur nõ oñia corpora animã habẽt, nam in cunctis pũcta eſſe vidẽt, & etiã infinita. Inſup q fieri põt vt ſeparentẽ ac abſoluant a corpib⁹ ipſa puncta ſi quidẽ lineę nõ diuidunt in puncta.
72. 72. ¶Fit aũt vti diximus vt partim idẽ ij dicant qđ illi, q corpus quoddam ſubtiliũ partiũ animã eſſe dixerũt, partim ꝓpriũ ipſos comittet abſurdũ, corpus ab ania pinde moueri pinde atq; Democritus aſſerebat. Nam cũ anima ſit in oñi corpe ſentiente neceſſe eſt in eodẽ duo corpa eſſe, ſi ania corpus aliquod eſſe ponat, & hoꝝ etiam ſententia, q animã numerũ eſſe cenſent, fit vt vno puncto multa ſint puncta, aut oñes

Anima nõ e corpus ſubtilium partium

habeant animã, si non numerus quisq̃ alius atq; diuersus a punctis ipsius corporis supueniat. 73. ¶Fit etiã vt animal a numero pinde moueat, atq; Democritũ diximꝰ idipsum moueri censere, qd em̃ interest parue pile dicant, an vnitates magne vel vnitas om̃ino q̃ agitant motu, vtro nãq; modo necesse est ipsas ex eo mouere animal, quia ipse motu cientur. 74. ¶His igitur q motũ ac numerũ in assignanda ania coniũxerũt hec quę dicta sunt absurda & alia huiusce modi multa eueniũt. Est em̃ impossibile non solum diffinitionẽ animę talem esse, sed etiã accidẽs. Quod quidẽ patet, si qs ex hac ratiõe opationes atq; affectus anię conabit assignare, cognitiõis inquã sensus voluptates dolores & cetera istiusmodi, nam vt prius diximus, neq; vaticinari ex ipsis facile possumus. 73. 74.

¶Capitulũ quartũ in quo reprobat opinionẽ eorꝝ q inuestigabant animã p viam cognitiõis.

TRibus aũt traditis modis qbus antiq diffiniunt animam, duos iam reprobauimꝰ & quas habet vtraq; sententia dubitationes cõtrarietatesq; pene diximus, & ea inquã que maxime motiuũ ipsam esse ex eo ponit, qa seipsam mouet. Et ea quę corpus ipsam subtilissimarum partiũ, aut magis q̃ cetera incorporeũ esse censet. Restat igit̃ tertius modus atq; sententia q̃ ipsam asserit ex elementis constare, quã quidẽ deinceps cõsideremus oportet, atq; patet ob hoc ex elementis animam constare quosdã dixisse, vt sentiat ea quę sunt, & rerum vnãquãq; cognoscat. 75.

Lucā nō ex elementis

76. 76 ¶At hanc ſententiā multa profecto comitant abſurda, atq; eorū q̄plura q̄ fieri nequeūt. Aſſerūt em̄ ſimili cognoſcere ſimile, quaſi animas res ipſas eſſe potētes. Verum nō elementa ſunt ſolum vt patet; ſed preter ea multa ſunt etiā alia quin potius infinita fortaſſe numero, que cōſtant ex ip
77. ſis ac cōponunt. 77. ¶Sit igit ea cognoſcere ſentire q; animam. Ex q̄bus illorū vnūquodq; componit. At totū ipſum compoſitū quo cognoſcet queſo vel ſentiet vt qd ſit deus vel homo vel os vel caro & ceteroꝝ cōpoſitoꝝ vnūquodq; ſimiliter. Non em̄ vnūquodq; iſtoꝝ eſt ipſa elementa, quouis ſeſe habētia modo ſine vllo diſcrimine, ſed ex ipſis vnū quodq; conficit ratiōe quadā compoſitioneue. Quēadmodum & Empedocles os ex elementis conſtare cenſet. Dicit em̄, ceperat ante duas tellus iuſtiſſima vaſis. Eris ac fontis partis vulcanus & ipſe. Quatuor ex octo adiūxit q̄s candida magna, vis fecunda q; nature confecerat oſſa. Nil igit elementa proſunt, ſi ſint in anima, niſi ratiōes etiā ſint & compoſitio, vnūquodq; em̄ cognoſcet ſimili, os aūt aut hominē non cognoſcet, p̄fecto, niſi ipſa etiā inſint. Hoc aūt nō opus eſt vnū eorū eſſe dicere que fieri nequeūt. Quis em̄ ambiget vnq; ſi lapis vel homo vel equus inſit in anima & bonū
78. ſimiliter & nō bonū, & de ceteris identidē rebus. 78. ¶Preterea cū id qd̄ eſt multipliciter dici ſoleat, quoddā em̄ ſubſtantiam quoddā quantitatē, aut qualitatē, aut aliq̄d aliud e numeratoꝝ iam predicamētoꝝ ſignificant, vtrū ex vniuerſis an non ex vniuerſis anima conſtet, at nō videt cōmunia omniū eſſe elementa, ex hiſce ne igit ſolis conſtat que ſub-

ſtantiarũ ſunt elementa at quonã pacto ceterorꝝ etiã vnum quodq; cognoſcit. At dicent vniuſcuiuſq; gñis elemẽta propria atq; principia eſſe, ex q̃bus anima conſtat, erit igit̃ ipſa & quantitas & qualitas, & ſubiecta, at fieri neq̃t, vt ex quantitatis elementis ſubſtantia ſit nõ quantitas eos igit̃ qui censet animam ex vniuerſis conſtare, hec & huiuſcemodi alia comitant̃. 79 ¶Abſurdũ eſt etiã ſimile quidẽ a ſimili nõ pati dicere, ſimile vero ſentire ſimile ſimileq; cognoſcere ſimili putare atq; aſſerere. Deinde ſentire pati quoddã eſſe mouericq; ponere & intelligere ſimiliter & cognoſcere. At qui multas dubitatiões ac difficultates, Empedoclis habere ſententiam. Corporeis inquã elemẽtis & ſibi ſimilibus cognoſcires ſingulas teſtat̃ id quod expientia late patet. Partium em̃ animaliũ corporũ ea q̃ ſunt ſimpliciter terre vt oſſa neruí pili nihil ſentire vident̃. Quare neq; ſimilia ſibi, at oportebat tamẽ. 80. ¶Preterea cui principiorũ maior ignoratio q; cognitio inerit nimirũ vnũquodq; em̃ cognoſcet vnum, multa aũt ignorabit, cetera nãq; omnia. Fit etiã Empedoclis eadẽ ſententia, vt deus ſit amentiſſimus. Quippe cũ ipſe ſolus vnũ elementorũ nõ cõprehẽdat, ipſam diſcordiã inquã, mortalia ẏo cũcta cognoſcant. cum ex vniuerſis ſingula cõſtent. 81. ¶Preterea dicit, oportet om̃ino, quã ob cauſam nõ habent animã omnia, cũ om̃e qd̃ eſt aut ſit elementũ aut ex elemẽto vno vel pluribus vel om̃ibus conſtet. Neceſſe eſt em̃ om̃e quod eſt, aut vnũ quid, aut quedã aut vniuerſa cognoſcere. 82. ¶Dubitabit etiã non iniuria q̃ſpiam q̃dnam id ſit qd̃ ipſa contínet atq; vnit. Elemẽta nãq; materieí ſimi

79.

80.

81.

82.

ia sunt. Atq; prestabilissimũ id esse patet, qd' cõtinet qcqd id tandẽ sit, at neqt esse quicq̃ prestabili⁹ ania, qd' quidẽ dominetur, & magis etiã intellectu, maxime aũt ratiõi cõsonũ est huc omnia precessisse, & prestantissimũ omniũ, & natura dñm esse. Illi aũt elemẽta ea que sunt precedere censent.

83. 83. ¶At em̃ nemo prorsus de omni ania dixit nec eor; qui censent ipsam ex elemẽtis ideo cõstare quia sentit, Cognoscitq; ea que sunt nec etiã eor; q maxie motiuũ ipsam asserunt esse. Non em̃ omnia mouent̃ que sentiunt. Sunt enim animalia nõnulla que nõ mouent̃ loco, & tñ hoc solo motu anima videt̃ anial agitare. Similiter & eor; q tam sensitiuũ q̃ intellectũ ex elemẽtis cõficiũt, nemo animam omnẽ complectitur, viuere nanq; vident̃ plante, at exptes sunt tñ & lationis & sensus, animaliũ quoq; cõplura sunt, que mente ra-

84. tioneq; vacant. 84. ¶Quod si qs & hec illis cõcesserit intellectumq; partẽ esse posuerit anie, & idẽtidẽ sensitiuũ, neq; sic de omi ania, neq; de vlla tota dicere videbunt̃. In hoc eodem errore videt̃ esse & ea sententia q̃ carminib⁹ orphicis fert̃. Dicit em̃ Orpheus animã fieri ventis & ex toto ingredi respiratiõe, id aũt neqt ipsis accidere plantis, neq; qbusdã

85. itidẽ aialiũ. Quippe cũ haud vniuersa respirẽt. 85. ¶Quod qdẽ eos p̃terijt, q ita de ania censere. At ꝟo si conficere animam ex elemẽtis opteat, nõ ex vniuersis cõtinuo cõficiẽda esse videt̃. Altera nãq; pars cõtrarietatis sufficiens est se ipsam oppositãq; discernere; recto em̃ & ipsum rectũ vt patet & obliquũ cognoscamus, regula nãq; iudex est vtriusq;; at

86. obliquũ nec sui plane nec recti. 86. ¶Sunt & q in toto vni-

uerſo ꝑmixtã ipſa inquũt eſſe; quo circa forſitan & Thales omnia plena deoꝝ eſſe putauit. Hoc aũt dubitatiões habet nõnullas. Quã eñ ob cauſam aïa in aere qdẽ vel igne ſi ineſt nõ facit anial, in mixtis aũt facit ꝑſertim cũ in illis videat eſſe ꝑſtantior. Querere etiã qſpiã quã ob cauſam ania ea q̃ eſt in aere preſtabilior eſt ac imortalior ea q̃ in aialibꝰ ineſt. 87. ¶ Vtrobiꝝ aũt emergit qddã abſurdũ & rõnis egredi- 87.
ens metas, nã ignẽ aut aerẽ aïal eſſe dicere rõnis egredieť fines, & aſſerere rurſus aïalia nõ eſſe, ſi inſit in ipſis aïa ꝑ abſurdum eſt ſane. 88. ¶ Videnť aũt ideo putaſſe in his aïam 88.
eſſe, qa totũ & partes eiuſdẽ ſunt ſpeciei. Quare neceſſe eſt ipſos & aïam & partes eiuſdẽ eſſe dicere ſpeciei ſi aïalia ex eo fiunt aïantia, qa in ipſis aliq̃ pars cõtinentis recipiť. Q, ſi aer qdẽ diſceptus eiuſdẽ eſt ſpeciei, anima aũt eſt diſſimiliũ partiũ, patet aliã ipſius partẽ ineſſe aliam nõ ineſſe, neceſſe eſt igiť ipſam aut ſimiliũ eſſe partiũ, aut non in quacũꝝ totius ineſſe parte. Patet igiť ex dictis, neꝝ cognitionem ex eo cõpetere aie, qa cõſtat ex elemẽtis, neꝝ recte vereꝝ dici motum eidẽ ineſſe. 89. ¶ At quoniã cognoſcere ſentire opinari inſup cupere deliberare & oñino appetitiões ipſius aïe 89.
ſunt, motus etiam anialiũ loco ab anima fit, & inſup accretio ſtatus atꝝ decretio. queret vtiꝝ quiſpiã vtrũ horũ vnũquodꝝ toto ania cõpetat & nos intellígamꝰ & ſentiamus, & moueamur, ceterorumꝝ vnum quoꝝ agamus paciamurꝝ tota, an aliis alia partibus, ipſum ꝓterea viuere vtrũ in horum aliquo vno an in pluribus an in omnibus conſiſtat; an ſit eius alia quędam etiam cauſa.

90. 90. ¶Atq; sunt q dicũt ipsam esse partibilẽ, noscq; alia eius parte intelligere alia cupere censent. Quid igit̃ ipsam cõtinet animã, si partibile sit, nõ corpus quippe, cũ cõtra potius videat̃ corpus ania cõtinere. Quapropter & egressa dissol-
91. uitur corpus atq; putrescit. 91. ¶Si igit̃ aliqd aliud ipsam cõtineat vnũq; faciat, illud erit potissimũ ania, at oportebit de illo etiam q̃rere, vtrũ vnũ an multarũ sit partiũ, atq; si sit vnũ cur & animã cotinuo nõ dicimus vnũ esse. Sin partibile rursus ratio quereret qdnam sit illud qd̃ illud etiã conti-
92. net, atq; hoc pacto fiet in infinitũ abitio. 92. ¶Dubitabit etiam quispiã de partibus eius, quã vnaquecq; potentiã in corpore habeat. Nam si anima totum cõtinet corpus, oportet & vnamquãq; etiã partem aliquã partẽ corporis cõtinere, id aũt esse nõ posse videt̃, quam em̃ partiũ corporis intellectus aut quo cõtinebit pacto, fingere quoq; difficillimũ est.
93. 93. ¶Videmus aũt & plantas diuisas viuere, & animaliũ insectorũ nõnulla vt pote animã & si nõ numero tamẽ specie eandẽ habentia. Itaq; partiũ vtraq; & sensum habet & per
94. aliqd̃ tempus loco mouet̃. 94 ¶Nec absurdũ est si nõ perdurant, instrumenta nãq; nõ habent vt naturã conseruent, sed nihilominus omnes in vtraq; partiũ insunt anie partes atq; animee eadẽ sub specie collocant̃, & etiã tota. Ille qdem qa nõ seperabiles sunt, tota autẽ anima qa diuisibilis est.
95. 95. ¶Videt̃ autẽ & id̃ principiũ qd̃ inest in plantis anima quedã esse, hec em̃ sola cõmunis est & plantis & aialibus, atq; hec qnidem a sentiendi principio seperat̃, sine aũt ipsa nihil est prorsus qd̃ habeat sensum.

¶Liber ſcḋus de ania noue TRANSLATIONIS.

¶Capitulū primū in quo phūs primā anie diffinitionē inueſtigat.



Lctis hiſce que a maioribꝰ de ania 1
ma nobis tradita ſunt, redeam⁹ rurſus oportet atq; enitamur ve lut ab initio determinare qd ania ſit, & quenā ſit eius cōis maxie ratio. 2. ¶Dicimus itaq; genus 2
vnū quoddā eorū q̄ ſunt ipſam ſubſtantiā eſſe. Atq; huius aliud vt materiā, qd quidē p ſe nō eſt hoc aliqd, aliud formā & ſpe ciem, qua quidē iam hoc aliqd dicit, & terciū id qd ex iſtis cōſtat atq; cōponit. Eſt aūt materia quidē potētia forma v̄o actus atq; pfectio. Quæ quidē bifariā dicit, quedā em eſt vt ſcientia, quedā vt cōtemplatio. 3. ¶Maxie aūt corpora vi- 3
dent eſſe ſubſtantie. Et ipſoꝝ ea magis que naturalia ſunt, hec em ceteroꝝ principia ſunt. Naturaliū v̄o corpoꝝ que dam habent vitā, quedā nō habēt ſed ea vacant. Vitā aūt di cimus nutritionē accretionē, atq; decretionē, q̄ quidē p id ip ſum fit, qd viuere dicit. Quare corpus oīe naturale parti ceps vite ſubſtātia eſt, & ita ſubſtātia & cōpoſita. 4. ¶Atq; 4
cum tale etiā ſit corpus ideſt hns vitā. Corpus pfecto nō e rit anima, corpus nāq; nō ſubiit rōem eoꝝ que ſunt in ſubie cto, ſed vt ſubiectū potius eſt & materies. Neceſſe eſt igit a nimam ſubſtantiā eſſe pinde atq; formā corporis naturalis

hoc etiā pacto, nam neq; lumen & tenebre neq; ſonus neq;
odor in corpore quicq̄ agit. Sed ea nimirū in qbus ſunt ip-
ſa. Aer em̄ q eſt cū tonitruo ſcindit lignū. At em̄ tangibilia
ſaporesq; agunt. Si em̄ nō agerent, a quonā inanīata pate-
127 rentur atq; alterarent. 127. ¶Quid igit agūt ne & ſenſibi-
lia illa. At vt videt, nō om̄e corpus ab odore pati ſonoq; po
teſt, & ea quę patiuntur terminis vacant & non manent vt
aer, olet enim ipſe tanq̄ aliqd paſſus. Quid aliud eſt olface
re quidē preter idipſum aliqd inquā pati. At em̄ olfacere q

dem sentire est. Aer aũt passus cito sensibilis fit. 128. ¶Sen 128
sum autẽ nullũ aliũ esse preter hos quinq;. Visum inquã au
ditum odoratũ, gustũ, & tactũ, ex hisce ꝓfecto quæ nũc de-
inceps dicemus, credere quispiã potest. Nam si nũc sensum
omnis eius habemus cuius sensus est tactus, omnes nanq; rei
tangibilis vt est tangibilis affectus nobis sunt sensibiles ta-
ctu, nullus vtiq; tactus vel gustus vel olfactus vel auditus
vel visus deesse nobis videt. Preterea si sensus nobis defici-
at aliqs, & instrumentũ necesse est illius nobis deesse. 129.
¶Preterea omnis sensus ꝑ mediũ sentit vt patuit. Medium 129
autẽ aut cõiunctũ aut seiunctũ externũq; esse necesse est.
At nos habemus vtrũq;, & id inquã qd' est coniunctũ quo
quidẽ tangentes sentiamus sensibilia tactu, & id etiã ꝑ qd'
eminus nõ tangentes sentimus. Id vero duplex est spacium
simplex aer inquã & aqua. Res autẽ ita sese habere videt,
vt si sensibilia plura diuersa genere ꝑ vnũ mediũ sentiant.
Necessariũ sit eum, q sensus instrumentũ habeat tale sensi
tiuum illoꝝ esse, vt si ex aere sensus sit instrumentũ, & aer
sit mediũ in colore sentiendo ac sono. Qd' si vnũ idemq; ꝑ
plura media sentiat vt color ꝑ aerẽ atq; aquã, hęc eñ vtraq;
perspicua sunt, is qui alterũ tm̃ habet ipsorũ, sentiet nimirꝝ
id qd' ꝑ vtrũq; sentire potest. 130. ¶Nam ex hisce duobus 130
simplicibus tm̃ instrumenta sunt sensus ex aere atq; aqua.
Etem̃ pupilla ex aqua. Auditus ex aere. Odoratus ex hoꝝ
altero constat. Ignis aũt nullius est instrumẽti, aut cõis om-
nium est. Quippe cũ sine caliditate nihil sit sensitiuũ. Terra
etiã aut nullius est instrumẽti aut in tactu maxime cõmixta

Quocirca reſtat nullũ ſenſus inſtrumentũ eſſe preter aerẽ
131 atq; aquã. 131. ¶Hęc aũt nõnulla nũc animaliũ habent. Ab
ijs igit animaliũ, quæ ſunt ꝓfecta nõ imꝓfecta nec membris
capta omnes ſenſus habent. Etem & talpa ſub cute oculos
132 habere videt. 132. ¶Atq; ſi nullũ aliud corpus eſt pret ea,
quæ ꝓcipimus eſſe, nec vllus alius affectus preter eos, q cor
poribus hiſce cõpetunt quæ ſunt hic, nullus ꝓfecto deficit
133 ſenſus. 133. ¶At vero neq; ſenſus inſtrumentũ qcq̃ ꝓpriũ
ſenſibiliũ cõium eſſe poteſt. Motus inquã qetis figure ma-
gnitudinis-numeri-vnius, quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus,
ꝑ accidens. Oĩa em hec ſane motu ſentimus, etem magni
tudo motu ſentit. Quare & figura quidẽ, cũ figura quædã
magnitudo ſit, & id, qd qeſcit ex eo, qa nõ mouet, & nume
rus cõtinui negatiõe. Et ſenſibilibus ꝓpriꝰ. Vnuſqſq; nanq;
134 ſenſus nimirũ ſentit. 134. ¶Quare patet fieri nõ poſſe, vt
cõium cuiuſq; ſit ꝓprius ſenſus. Si enim eſſet pinde tũc fie-
ret, atq; nunc vſu dulce ſeutimus, qd quidẽ ꝓpterea fit, qd
vtrorũq; ſenſum habemus, quo cũ cõcurrũt agnoſcamus.
Qd ſi ita non eſſet nullo alio modo ꝓfecto niſi ꝑ accidens
ſentiremus, quo pacto filiũ ſentimus cleonis, nõ em cleonis
filium. Sed albũ ſentimus huic autẽ accidit vt filius ſit cleo-
nis. At cõium habemus iam ſenſum cõem nõ ꝑ accidens ſa
ne. Nullus igit ipſorũ ſenſus eſt ꝓprius nullo em ſentirem
modo niſi eo, quo diximus filiũ videre cleonis. Propria aũt
ſenſibilia ſenſus ipſi ꝑ accidens alter alterius ſentiũt, nõ hoc
ſane quo ipſi ſunt. Sed quo vnus, ceu ſimul in eodẽ ſenſus
efficit, ceu bilẽ amarã eſſe ac flauam, nõ em ad alterꝝ ꝓtinet

vnum ambo hęc esse dicere, quapropter & errat & si sit qp
piam flauũ. 135. ¶Quare patet aũt cuius natura gratia plu 135
res sensus. Sed nõ vnũ tm̃ habemus. At vt minus ipsa quæ
sequunt̃ atq; cõia lateant, vt motus, & magnitudo, & nume
rus, nam si esset solus visus, qui quidẽ est & coloris, magis
lateret, ac idẽ esse oĩa viderent̃, ppter ea q; color & magni
tudo simul se sequunt̃ & comitant̃. Nũc aũt cũ i alio quoq;
sensibili ipsa cõia sint, fit inde pspicuũ vnũqdq; illorũ aliqd
aliud esse atq; diuersum. ¶Antiqua translatio,

OPortet aũt vniuersaliter de oĩ sensu acci- 121
pere, qm̃ sensus est susceptiuus specierum
sine materia, vt cera anuli sine ferro & au-
ro recipit figurã, accipit aũt aureũ aut ene-
um signũ sed nõ inquantũ aurũ aut es. Si-
militer aũt & sensus vuiuscuiusq; ab habẽte colorẽ aut hu-
morẽ aut sonũ patit̃, sed nõ inquantũ vnũqdq; illorũ dicit̃,
sed inquantũ hmõi est & scdm rationẽ. 122. ¶Sensitiuum 122
autẽ primũ est in quo hmõi potentia. Est quidẽ igit̃ idem,
sed esse alterũ est. Magnitudo quidem em̃ quedã erit q; sen
sus patit̃, non tamẽ sensitiuo esse. Neq; sensus magnitudo
est, sed ratio quædã & potentia illius. 123. ¶Manifestũ aũt 123
ex his, & ppter qd sensibiliũ excellentie corrũpunt̃ sensiti-
ua. Si nanq; sit fortior sensitiuo motus, soluit̃ ratio, hoc aũt
erat sensus, sicut & simphonia & tonus pcussis fortit̃ chor-
dis. 124. ¶Et ppter qd plante nõ sentiunt habẽtes quandã 124
partẽ animalẽ, & patiẽtes a tangibilibus. Et nãq; frigescunt
& calescũt. Causa em̃ nõ habere medietatẽ neq; hmõi prin

cipium possibile recipe species sensibiliũ, sed pati cũ mate-
125 ria. 125. ¶Dubitabit autẽ aliqs si patiat aliqd ab odore, qd
impossibile est olfactũ habere, aut a colore nõ possibile vi-
dere, similiter autẽ & in alijs. Si aũt olfactibile odor, si aliqd
facit olfactum odor facit. Quare impossibiliũ olfactũ habe-
re nihil possibile pati ab odore. Eadem aũt ratio & in alijs,
126 neqꝫ possibiliũ, sed inquantũ vnũqdqꝫ sensitiuũ. 126. ¶Si-
mul aũt manifestũ est & sic neqꝫ eñ lumen & tenebra, neqꝫ
sonus, neqꝫ odor facit in corpora, sed in qbus est, vt aer qui-
cunqꝫ tonitrui scindit lignũ. Sed tangibilia & humores faci-
unt. Si eñ nõ, a quo vtiqꝫ patient̃ inanimata, & alterabunt̃.
127 127. ¶Ergo ne & illa faciunt, aut nõ oñe corpus passiuum
ab odore & sono & patiẽtia indeterminata nõ manent, vt aer
Fetet eñ sicut patiẽs aliqd. Quid igit̃ est odorare preter pa
ti aliqd, aut odorare sentire est. Aer aũt patiẽs hoc mox sen
128 sibilis fit. 128. ¶Q2 autẽ nõ sit sensus alius preter qnqꝫ. Di-
co autẽ hos; visum, auditũ, olfactũ, gustum tactũ. Et his cre
det aliqs; si eñ oñis cuius est sensus tactus, & hunc sensum
habemus, oñes eñ tangibiles inquantũ tangibiles passio-
nes tactu nobis sensibiles sunt. Necesse siqdẽ deficit aliqs
129 sensus, & organũ aliqd̃ nobis deficere. 129. ¶Et quæcũqꝫ
quidẽ ipsi tangẽtes sentimus, tactu sensibilia sunt, quẽ exi-
stimus habentes. Quæcũqꝫ verũ p media & nõ ipsa tangen
tes simplicibus. Dico autẽ vt aere & aqua, habẽt autẽ sic, vt
si quidẽ p vnũ plura sensibilia existentia altera ab inuicem
genere, necesse habentẽ hmõi sensitiuũ vtrorũqꝫ sensitiuũ
esse, vt si ex aere est sensitiuuũ, & est aer mediũ soni & colo

ris. Si ꝟo plura eiuſdē ſint, vt coloris & aer & aqua, vtraq; em̄ diaphana, & q; alterū ipſorū eſt habēs ſolū ſentiet id qđ p vtraq; aut qđ ambobus. 130. ¶Simpliciū autē ex duob⁹ his ſenſitiua ſolum ſunt ex aere & aqua. Pupilla quidē em̄ aqua, auditus vero alteris, olfactus autē horū alterius eſt. Ignis autē aut nullius eſt, aut cōis oīibus, nihil em̄ ſine calore ſenſitiuū eſt. Terra ꝟo aut nullius eſt, aut in tactu maxime miſceť. Vnde relinquiť nullū eſſe ſenſitiuū extra aerem & aquā. 131. ¶Hęc autē & nunc quædā habēt anima lia. Oīes igiť ſenſus habenť a non impfectis neq; orbatis. Videť em̄ & talpa ſub pelle habēs oculos. 132. ¶Quare ſi nō alterū aliqđ eſt corpus & paſſio quæ nullius eſt eorū q̄ ſunt hic corporū, neq; vnus vtiq; deficiet ſenſus. 133. ¶At vero neq; cōium poteſt eſſe ſenſitiuū aliqđ ꝓprīū quę vno quoq; ſenſu ſentimus nō ſcđm accidens, vt motus ſtatus, figure, magnitudinis, nūeri vnius. Hæc autē oīia motu ſentimus, vt magnitudines motu, quare & figurā. Magnitudo em̄ quædā & figura eſt, geſcens aūt in eo quod nō mouet. Numerus ꝟo negatiōe continui & ꝓprīj, vnuſq;q; em̄ vnū ſentit ſenſus. 134. ¶Quare manifeſtū eſt qm̄ impoſſibile eſt cuiuſlibet ꝓprīū ſenſum eſſe hor̄ vt motus. Sic em̄ erit ſicut nunc viſu dulce ſentimus, hoc autē eſt qm̄ ambor̄ habentes exiſtim⁹ ſenſum, quo cū cōciderit cognoſcimus. Si vero nō, nequaq̄ vtiq; ſed aut ſcđm accidens ſentiebamus vt cleonis filiū, nō ꝙa cleonis filius eſt, ſed qm̄ albet huic aūt accidit filiū cleonis eſſe. Cōmuniū autē habemus iam ſenſum cōmunē nō ſcđm accidēs, nō igiť eſt ꝓprius. Nequaq̄

em̃ vtiq; sentiremus, sed aut sic sicut dictũ est cleonis filium nos videre, adinuicẽ em̃ ppria scd̃m accidẽs sentiũt sensus, nõ scd̃m q̃ ipsi sunt; sed scd̃m q̃ vnus, cũ simul fiat sensus in eodẽ, vt colera quidẽ amara & rubicunda. Nõ em̃ alterius dicere q̃ ambo vnũ, ppter qd̃ & decipiũ. Qd̃ si sit rubicun-
135 dum, coleram opinaẽ esse. 135. ¶Ingret aũt aliqs, cuius causa plures habemus sensus sed & nõ solũ vnũ, aut quatenus minus lateant cõsequentia & cõmunia, vt motus & magnitudo & numerus. Si em̃ esset visus solus, & ipsius albi latèrent vtiq; magis, & viderent esse idẽ oĩa, ppter id q̃ cõsequitur se inuicẽ simul color & magnitudo. Nũc autem qm̃ in aliquo sensibili cõmunia sunt manifestũ facit q̃ aliud qd̃dam vnũquodq; ipsorũ est. ¶Noua translatio.

¶Capitulũ scd̃m in quo phũs primo ex sensatiõe sensuũ exteriorũ inuestigat sensum cõmunẽ.

136 VM autẽ sentiamus nos videre ac audire, necesse est autẽ visu sentiamus videre, aut alio sensu. At si alio sensu, tum idẽ sensus erit & ipsius visus & etiam coloris subiecti. Quare vel duo sensus eiusdẽ erũt subiecti, vel seipsum sentiet ipse. Preterea si alius sit sensus, q̃ ppcipit ipsum visum aut in infinitũ fiet abnitio, aut erit aliqs sensus, q̃ seipsum ppcipit sentientẽ. Quare idipsum in primo sensu continuo est sacíendũ. 137. ¶At hinc oriũ dubitatio, nam si visu quidẽ sen-
137 tire nil aliud est q̃ videre. Videt autẽ color vel id, qd̃ habet colorẽ. Si quippiã viderit id, qd̃ videt colorẽ id habebit pro-
138 secto qd̃ videt primũ. 138. ¶Patet igiũ nõ vnũ idipsum esse

Sentire inquã ysu, nã cũ nõ videmus, tenebras & lumẽ visu discernimus, sed non eodẽ, vt patet modo. Preterea idipsum etiã quod videt colore quodã modo, delibutum est. Instrumentũ emyniuscuiuscꝫ sensus ipsum sensibile sine materia suscipit vti diximus. Quocirca sensibilibus ipsis semotis, insunt in sensuũ instrumentis sensus imaginatiões. At ꝙ operatio rei sensibilis atcꝫ sensus sua quidẽ & eadẽ est. At earũ ratio nõ eadẽ est. Dico aũt sonũ actu & auditũ & actu, fit em̃ vt is ꝙ auditũ habet nõ audiat, & id qđ habet sonum nõ semp sonet. Sed cũ operaẗ id qđ audire potest, & sonat id, qđ sonũ efficere potest tum simul fit & auditꝰ actu & sonus etiã actu, quorꝫ alterũ quispiã auditionẽ alterꝫ sonationem esse nõ incongrue dicere potest. 139. ¶Q2 si motus & 139
actio atcꝫ passio in eo est qđ patiẽ atcꝫ mouẽ, necesse est & sonum & auditũ actu in auditu ꝙ est potentia esse. Agentis nancꝫ mouentisꝫ opatio in ipso patiẽte suscipiẽ atcꝫ inest, quocirca nõ necesse est id qđ motu ciet moueri. Actus igiẽ sonatiui sonus est vel sonatio. Audituĩ ỽo auditus vel auditio. Duplex em̃ est auditus, & duplex etiã sonus. ¶Eadẽ est 140
& in cæteris sensibꝰ ac sensibilibꝰ ratio, atcꝫ vt actio passiocꝫ nõ in agente est. Sed in eo qđ patiẽ. Sic & in ipsius sensibilis actio in ipso est sensitiuo. Sed in ꝙbusdã noia quocꝫ sunt posita, vt sonatio ac auditio, in ꝙbusdã autẽ caret alterũ nomine. Opatio em̃ visus visio dicit̃; at coloris nomine vacat. Operatio preterea gustus gustatio dicit̃, at saporis nomen nõ habet. 141. ¶Hæc cũ ita sint, atcꝫ vnus actus rei sensibilis sensitiuicꝫ sit, cꝫuis diuersas habeat ratiões sicuti diximꝰ, 141

neceſſe eſt ſimul corrumpanť, ſimulq; ſint ſalua, auditus ac ſonus, q hoc modo dicuntur & ſapor ítidē & guſtus. Cætera q; ſimíliter. At ea, quæ dícunť potētia nō hanc ípſam profecto neceſſario ſubeunt legē. 142. ¶Non recte ígiť príores naturales philoſophí ſentiebant, q quidē ſine víſu neq; album vllū neq; nigrū eſſe dicebant, neq; ítē nullū ſine guſtu ſaporē, nam partím recte, partím nō recte cenſebant. Et eḿ cū duplicíť ſenſus ſenſíbileq; dícať potētia atq; actu, ín his quidē ſcḍis fit ídipſum ſane, qḍ dictū eſt, in íllís autē prímis nō fit vt luce clarius extat. At illi de híſce ſimpliciter lo quæbanť, quæ ſimplicíť rō dicunť. 143. ¶Q; ſi vox quædā concentus eſt, vox autē & auditus tū vnū, tū nō vnū aut nō ídē ſunt, & ſi cōcentus eſt ratío, neceſſe eſt & auditū quidē eſſe rationē atq; ob id ípſum exupans qḍq; tam acutū q̄ graue corrūpít auditū atq; deuaſtat & ín ſaporíbus guſtū; & ín coloríbus víſum, id qḍ nimiŕ eſt ſplendidū & tenebroſum, & in odoríbus vehemens odor. Síue dulcís, ſiue amarus, q ſenſus ípſe quídā eſt ratío rata. Quocírca ſenſíbilíum ea q̄ ſíncere talía quæq; ſimplícia ſunt, vt acutū vel dulce, vel ſalſum cū reducunť ad rationē ſenſuí ſunt íocunda. Tunc eḿ ípſum delectare vídenť. Oḿíno aūt ípſum mixtū magís cōcentus eſt; q̄ acutū vel graue. Tactuí quoq; nō calídū ſane ſimplex ac frígidū. Sed íd qḍ eſt ad rationē redactū amicū eſt atq; íocundū. Eḿ uero ſenſns ípſe ratio quædā eſt vtí díximus, ſenſíbíliū autē ea, quæ exuperant aut dolorē afferūt ípſi aut tandē ípſum corrūpunt. 144. ¶Vnuſq; ſq; igiť ſenſus vt ſepe díximus ſenſíbílis eſt obiecti. Eſtq; in inſtrumen

to ſuo ea ratione, qua illud ſenſus eſt inſtrumentũ, & differẽtias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit, vt albũ quidẽ & nigrũ viſus. Dulce aut & amarũ guſtus & cęteri ſimpliciter ſenſus. 145. ¶At em cũ albũ & dulce & ſingula ſenſibiliũ ad ſingu 145
la nimirũ aliqua cõparemus ac diſcernam⁹ & ſentiamus diſ
fere neceſſe eſt idipſum, pfecto fieri ſenſũ qppe cũ illa ſen-
ſibilia ſint. 146. ¶Quo patet carnẽ vltimũ inſtrumentũ ſen 146
ſu nõ eſſe, nam neceſſe eſt id, qđ diſcernit tangendo diſcer-
nere. Fieri igit non poteſt, vt ſepatis diſcernat dulce diuer-
ſum eſſe ab albo. Sed vni cuipiam ambo nota eſſe oportet
illo nanq; modo ſane pateret inter ſeſe illa differre, etiã ſi al
terũ ego, alterũ tu ſentires vnũ igitur dicat oportet. Diuer
ſa eſſe dulce ac albũ. Dicit igit idẽ. Quare vt dicit ſic & in-
telligit atq; ſentit, patet ergo fieri nõ poſſe, vt ſepatis ſedata
dijudicent. At hinc patet neq; fieri poſſe vt ſepato in tem-
pore diſcernant, nam vt idẽ aliud eſſe bonũ ac malũ dicit.
Sic qñ alterũ dicit aliud eſſe, tunc & alterũ etiã dicit, atq; di-
co qñ nõ p accidẽs, veluti nunc dico qppiã aliud eſſe, nõ tñ
dico illud nunc aliud eſſe. Sed hoc pacto nũc dicit, vt dicat,
& nunc illnd eſſe. Simul igit dicit. Quo fit vt inſepabile &
in inſepabili tpe ſepata diſcernat. 147. ¶At vero fieri non 147
poteſt vt ſimul idẽ ea ratiõe qua indiuiſibile eſt & in indiui
ſibili tpe motibus cõtrarijs moueat. At dulce quidẽ ſic mo
uet ſenſum ac intellectũ. Amarũ aũt cõtrario modo, & albũ
itidẽ diuerſo. Eſt igit qđ indiuiſibile quidẽ nũero, Sepatum
autẽ ratiõe, ptingit vt diuiſibile res ſentit diuiſas, partim vt
indiuiſibile, nam ratiõe quidẽ diuiſibile; loco autẽ atq; nu-

148 mero indiuisibile est. 148. ¶At id minime fieri potest idem
em potentia quidē est ipsa cōtraria, & diuisibile & indiuisi-
bile, actu aūt esse nō potest. Sed paciēdo diuisibile est, at fie
ri negt, vt simul sit albū & nigrū. Quare neq; formas ipsoꝝ
simul sensus ac intellectus. Si talia sint vt patiant suscipiēt.
149 149. ¶At em hoc pinde sese habet, atq; id qd quidā punctū
appellant. Quod quidē tum vnū est tū duo, quo pacto & di
uisibile est, quo igit indiuisibile est hoc vnū est, id qd discer
nit ac simul. Quo vo est indiuisibile, hoc nō vnū est bis em
eiusdē signi simul sit vsus. Quo ergo finis vsus sit vt duoꝝ,
hoc duo discernit, atq; est sepata vt sepatū. Quo vo est vnū
hoc vnius sit vsus & simul. Sed de principio quidē quo dici
mus animal sensitiuū esse sit hoc modo determinatū. 150.
150 ¶Cū aūt duabus priscī differentiis maximeq; diffiniant ani
mam. Motione inquā loco accomodata, & intelligendo &
discernēdo ac sentiendo, cōsiderandū est si qd intersit inter
intelligere ac sentire. Videt nanq; tam intelligere q̄ etiā sa
pere veluti qddā esse sentire, etem his vtriscq; rerū aliquas
ania discernit atq; cognoscit. Et veteres idē esse sapere sen
tireq; censent. Quemadmodū & empedocles dixit. At pns
hominū crescit sapientia semp, & alio rursus in loco. Hinc
varia his semp prudentia somnia mōstrat. Idē & Homerus
his carminib⁹ sensisse videt. Tales nanq; insunt mētes mor
talibus ipsis. Quales quottidie summi fert rector olympi.
151 151. ¶Etem omes hi putant ipsum itelligere corporis esse,
pinde atq; ipsum sentire, & sentire simili simile arbitrat & sapere, vt in supioribus diximus locis. Oportebat tn ipsos

de errore quoq; deceptioneue differere. Sunt em̃ hæc magis ꝓpria animaliũ, pluſq; id temporis eſt, quo in his anima verſat̃ vt patet. Iccirco neceſſe eſt aut vniuerſa, quæ vident̃ vt quidã inquiũt eſſe vera, aut diſſimilis rei tactũ errorẽ eſſe deceptionẽue. Quippe cũ id ſit cõtrariũ illi. Simili inquã cognoſcere ſimile. Videt̃ autẽ & deceptio & ſcientia cõtrariorum eſſe eadẽ. 152. ¶Non idẽ igit̃ eſſe ſentire ac ſapere 152
patet Illud em̃ oĩbus animalibus hoc valde paucis ineſt. At neq; intelligere idẽ eſt ac ſentire, intelligere inquã quo recte atq; nõ recte res ꝓcipi ſolent. Qd̃ nanq; recte ꝓcipit, id eſt prudentia & ſcientia atq; opinio vera. At qd̃ non recte; id eſt nimirũ his dictis cõtrariũ. Etem̃ ꝓprior; ſenſus ſemꝑ eſt verus & vniuerſis animalibus ineſt. At ſit vt falſo quoq; qs ratiocinet̃. Neq; cuiq̃ cõpetit cui nõ ineſt & ratio. 153.
¶Imaginatio nanq; diuerſa eſt a ſenſu menteq;. Atq; neq; 153
hęc ſit ſine ſenſu, neq; exiſtimatio ſine hac eſſe poteſt. Non idẽ autẽ eſſe imaginationẽ exiſtimationẽue patet, hic em̃ affectus in poteſtate ſine cõtroverſia collocat̃, licet nanq; cũ libet fingere quicqd volumus, atq; ante oculos ponere, pinde atq; ĩ faciunt, q̃ inartificioſe memorie cõparatis atq; diſpoſitis locis imagines fingentes, atq; ſimulachra collocant. At opinari in nobis eſt ſitum. Neceſſe eſt em̃ opinantẽ aut verã, aut falſam exiſtimationẽ habere. 154. ¶Preterea cum 154
opinamur aliqd malum eſſe, atq; terribile cõtinuo ꝓturbamur. Similiter & cũ opinamur qꝑpiam eſſe tale vt in illo ſit cõſitendũ. At cũ imaginamur talia, pinde afficimur atq; ſi in pictura eadẽ ſpectaremus ſunt autẽ & exiſtimatiõis ipſius

he differẽtię ſciẽtia, & opinio, & prudẽiia, & ea quę ſunt hiſce contraria. De differẽtia quoꝝ alius ſit ſermo magis ad id
155 ipſum accomodatus. 155. ¶ At vero cũ diuerſum ſit ſentire ac itelligere, & huiꝰ aliud imaginatio aliud exiſtimatio eſſe videtur. De imaginatiõe primo, deinde de altero dicamus oportet Siigit̃ imaginatio id eſt fantaſia ſit id quo viſum fantaſmaq; aliqd̃ in nobis dicimus fieri, & nõ aliud quicq;, qd̃ per tranſlationẽ hoc eodẽ nomine nũcupat̃ ipſa, pfecto vna quędã eſt potentiaꝝ eaꝝ aut habituũ, qbus diſcernimus & aut vere pcipimus, aut falſo. Tales aũt ſunt ſenſus, opinio-
156 ſcientia-intellectus. 156. ¶ At ipſam nõ eſſe ſenſum ex hiſce patere poteſt. Senſus em̃ vel eſt potẽtia vel opatio, vt viſus vel viſio. At q; nõnunq; neutrũ eſt iſtoꝝ, & tñ apparent aliqua, videmurq; videre, vt ea quę in ſomnis apparent. Deinde ſenſus quidẽ ſemp adeſt, imaginatio aũt nõ ſemp. Qd̃ ſi idẽ eſſet imaginatio ac opatio. Beſtiis imaginatio pfecto cũctis ineſſet. At nõ eſſe videt̃ vt api aut formice aut vermi. Preterea ille quidẽ vere ſunt ſemp, imaginatiões vero plures ſiũt vt patet falſe. Preterea cũ exacte circa ſenſibile operamur non dicimus hoc nobis hominẽ videri ac apparere. Sed potius cũ nõ clare ſentimus, qñ etiã fit vt ſit verus ſenſus & falſus. Atq; nobis qd̃ quidẽ paulo anten dicebamus
157 clauſis etiã oculis viſa vident̃, atq; apparẽt. 157. ¶ Atq; nec vllus habituũ eoꝝ erit, qui veri ſunt ſemp vt ſcientia vel intellectus. Eſt em̃ & falſa imaginatio nõ ſolum vera. Reſtat igitur vt perſcrutemur ſi ſit opinio. Atq; ſit idem opinio & vera & falſa. Verũ opinionẽ quidẽ ſequitur fides. Quippe

cum fieri nequeat, vt hisce quisq̃ nõ credat quoꝝ habet opinionem. Bestiarũ autẽ fides quidẽ nulli imaginatio vero cõ pluribus ineſt. Preterea fides omnẽ opinionem ſequit̃, perſuaſio fidẽ ratio pſuaſionẽ. At imaginatio quidẽ quibuſdã beluis ineſt, ratio aũt nullis. 158. ¶At vero patet nec opini- 158
onem eſſe. Cum ſenſu nec opinionẽ p̃ ſenſum, nec opinionis ſenſuſue cõinnctionẽ &p̃ ea quæ dicta ſunt, hac etiã ratione, patet em̃ ſi imaginatio ſit opinionis ſenſuſq̃ coniũctio, opinionẽ nõ cuiuſuis rei. Sed eius eſſe, cuius eſt etiã ſenſus Dico aũt imaginationẽ ſi ſit coniunctio ſenſus opinioniſue, cõiunctionẽ eſſe opinionis albi & ſenſus eiuſdẽ albi nõ em̃ erit ex opinione quidẽ boni ſenſu autẽ albi. Apparere igit̃ eſt opinari rem eam quã ſentit, & nõ p̃ accidens. 159. ¶At 159
apparent nunq̃ etiã falſa, de quibus ſimul veram apinionẽ habet. Sol em̃ pedalis quidẽ apparet, at pſuaſum eſt terra ipſum eſſe longe maiorẽ, fit igit̃ vt aut ſuã is opinionẽ quẽ habet veram abiſciat re modo eodẽ ſeſe habente, nõ oblitus, nec diſſuaſus, aut ſi adhuc illã habeat eadẽ ſit ſimul neceſſario falſa ſimul & vera. At conſtat opinionẽ tum euadere falſam cũ res mutata latet. 160. ¶Neq̃ igit̃ vnum eſt iſtorũ 160
imaginatio neq̃ ex his eſt coniunctũ. Verũ q̃m fieri poteſt vt aliud moueat̃ ab eo ipſo, quod motũ eſt. Imaginatio ✓o motio quædã eſſe videt̃ & non fieri ſine ſenſu. Sed ſentientibus & eoꝝ etiã eſſe quoꝝ eſt ſenſus, fit aũt vt motus oriat̃ a ſenſu iam actu. 161. ¶Quẽ quidẽ neceſſe eſt ipſi ſenſui ſi- 161
milẽ eſſe. Imaginatio motio hæc eſt, pfecto, q̃ neq̃ ſine ſenſu nimiq̃ eſſe, neq̃ cõpetere, nõ ſentientib⁹ põt, atq̃ multa

ꝑ ipſam id agere patiue poteſt, qđ ipſum habet. Et inſuꝑ, & verã & falſam eſſe, Atq; id ꝓpterea fit, ꝙ ſenſus quidẽ ꝓprí orũ eſt verus, aut raro admodũ ſuſcipit falſitatẽ. At eſt ſenſus eius etiã reí, cui ꝓpria ſenſibília accidũt vbi iam fit, vt ipſe ſit falſus. Nam non eſt falſus. Sí albũ díxerit eſſe. Sed ſi album hoc aut aliud eſſe. Eſt preterea comuniũ ſenſus, quæ quidẽ ꝓinde atq; ꝓpria íjs accidũt quę ſuut ꝑ accídens ſenſibília. Dico autẽ motũ & magnitudinẽ; quæ vt patet accidũt ſenſibílibus, circa quæ maxime error deceptíoq; fieri ſenſu poteſt. Motus igit̃ hiſce q̃ fit a tríplící tali ſenſu. Differentiã ob idípſum nímiq; habebit atq; prímus quidẽ cũ opatío ſenſus adeſt eſt verus. Cęteri vero falſi etiã eſſe poſſunt, & preſente, atq; abſente præſertim cum a ſenſu longe ſenſíbile díſtat. Sí igit̃ níhíl aliud præter ímaginationẽ habeat ea, quæ dicta ſunt. Sicq; idipſum qđ díximus ípſa imaginatío, motus ís eſt ꝓfecto q̃ fit a ſenſu iam opante. 162. ¶Cum autẽ víſus maxime ſit ſenſus hinc eſt ꝙ nomẽ imaginatío ab ípſo lumíne ſumpſit fantaſiaq; dicit̃, q̃a ſine lumíne víſío fierí nequít. At q̃a imaginatiões ímanent. Senſuſq; ſímiles ſunt, ídeo ꝑ ípſas anialía beſtię inquã atq; homíes multa agunt. Ille q̃a mentís ſunt vt patet expertes. Homínes q̃a mens ꝑturbatiõe nõnunq̃ verbo vel morbo vel ſomno ſubmergit̃ Sed de imaginatiõe q̃dẽ determiatũ ſit hactenus. Satís em q̃dnã ipſa ſit & cur ſit hiſce, q̃ íam dicta ſunt explícabímus.

162

ANTIQVA TRANSLATIO.

136 QVoníam autẽ ſentímus vídemus & audímus neceſſe eſt aut víſum ſentíre, quía vídet, aut altero,

Si autē a'tero, aut ipso, erit qa videt aut altero. Sed idē erit visus & subiecti coloris. Quare aut duo eiusdē erūt, aut idē eiusdē. Amplius autē & si & alter sit visus sensus, aut in infinitum, pcedet aut aliquis ipse suiipsius erit iudex, quare in principio faciendū est. 137. ¶Habet aūt dubitationē. Si em visu sentire videre est, videt autē color aut habēs hunc, si videbit aliqs qd' est videns, & colorē habebit primū videns. 137

138. ¶Manifestū igit qm non est vnū oīno visu sentire. Et nanq; cū nō videmus visu discernimus & tenebras & lumē, sed nō similit. Amplius autē & videns tanq; coloratū est, sentitiuū em susceptiuū est sensibilis sine materia vnūquodq;. Vnde & abeūtibus sensibilibus insunt sensus & fantasie q; bus sentiunt. Sensibilis autē actus & sensus idē est & vnus, esse autē ipsorū nō idē. Dico autē vt sonus scdm actū, & auditus scdm actū. Est em auditū habentia nō audire, & habēs sonū nō semp sonat. Cum aūt operet possibile audire, & sonet possibile sonare, tunc scdm actū audit' simul fit & scdm actū sonus. Quorū dicet vtiq; aliqnis hoc quidē auditionē esse, hoc vero sonationē. 138

139. ¶Si igit est motus & actio & passio in eo qd' agit, necesse est & sonū & auditū q scdm actum in eo qd' est scdm potentiā esse. Actiui em & motiui actus in patiente fit. Vnde nō necesse est mouens moueri. Sonatiui quidē igitur actus aut sonus sonatio est, auditiui aūt aut auditus auditio est. Duplicit em auditus & duplicit sonus. 139

140. ¶Eadē aūt ratio est & in alijs sensibus & sensibilibus. Sicut em actio & passio in patiente sed nō in agente, sic & sensibilis actus & sensituui in sensitiuo est. Sed in q; 140

busdam quidē & nominatū est, vt sonatio & auditio, in quibusdā aūt nō nominatū est sed alterū, vísio em̄ dicit̄ vísus actus, quę ✓o est coloris nō nominatū est, & gustatiui gustus
141 est, humoris autē nō nominatū est. 141. ¶Qm̄ aūt vnus quidem est actus sensibilis & sensitiui, esse autē alterum est, ne cesse simul corrūpí & saluarí sicut dictū est auditū & sonū & humorē igit̄ & gustū & alia símilit̄. Dicta autē scdm po-
142 tentia nō necesse est. 142. ¶Sed priores philosophi hoc nō bene dicebant nihil opinantes neq; albū neq; nigrū esse sine vísu, neq; humorē síne gustu. Sic quidē em̄ dicebant recte, sic autē nō recte. Dupliciter em̄ dicto sensu & sensibili his quidē scdm potentiā, illis vero scdm actū. De his quidē accidit qd̄ dictū est sed in alteris nō accidit, sed illi símplicit̄
143 dicebāt de dictis nō símplicit̄. 143. ¶Si aūt símphonia vox quędā est vox autē & auditus est sicut vnum & est sicut nō vnū aut idē, pportio aūt est símphonia; necesse est & auditū rationē quandā esse. Et, ppter id corrumpit vnūqdq; excellens acutū & graue auditū & in humoribus gustū, & in coloribus vísum fortiter fulgidū & opacū, & in olfactu fortis odor & dulcis & amarus, tanq̄ ratio quędā sit sensus. Vnde & delectabília quidē sunt dum dicunt̄ síncera & mixta entia ad rationē, vt acutū aut dulce aut sallitū, delectabília em̄ tunc oīno autē magis q; mixtū est símphonía q; acutū & graue. Tactus aūt calefactibile & frigorabile, sed sensus ra-
144 tio est. Excellētia aūt cōtrístant aut corrūpunt. 144. ¶Vnusquisq; quidē igit̄ sensus subiecti sensibilis est q est in sensitiuo inquātū sensitiuū, & díscernit subiecti seusibilis differētias,

vt albū qdē & nigrū visus, dulce ꝙ̄o & amarꝝ gustus. Simili
aūt se habet hoc & in alijs. 145. ¶Qm̄ aūt & albū & dulce & 145
vnūqdꝙ sensibiliū advnūqdꝙ discernim⁹ qddā & sentim⁹ qa
differūt, necesse est igit̄ sensu, sensibilia em̄ sūt. 146 ¶Quare 146
& manifestū qm̄ caro nō est vltimū sensitiuū. Necesse em̄ es
set tangēs ipsum discernēs discernere. Neqꝝ vticꝙ sepatis cō
tingit discernere ꝙ alterꝝ sit dulce ab albo, sed optet aliquo
vno vtraꝝ manifesta esse. Sic em̄ & hoc quidē ego, illud aūt
tu sentis, manifestū vticꝙerit qm̄ altera ab inuicē sunt. Opor
tet aūt vnū dicere qm̄ alterū, alterꝝ em̄ dulce ab albo. Dicit
ergo idē, q̄re sicut dicit, sic & intelligit & sentit. Q̄ quidē igit̄
nō possibile sepatis iudicare separata palā. Qd' aūt neqꝝ in
sepato tpe hinc. Sicut em̄ idē dicit ꝙ alterū bonū & malū, sic
& qñ alterꝝ dicit, qm̄ alterū tūc & alterū, nō scd̄m accidēs ip
sum qñ. Dico aūt puta nūc dico qm̄ alterū nō tñ qm̄ nūc al
terū, sed sic dicit & nūc & qm̄ nūc. Simul ergo. Quare inse
pabile & in insepabili tpe. 147. ¶At ꝙ̄o ipossibile est simul 147
scd̄m cōtrarios motus moueri idē aut in diuisibile & indiui
sibili tpe. Si em̄ dulce sit, mouet sensum aut itellectū, amarū
aūt cōtrarie, & albū alit̄. Ergo simul qdē & nūero indiuisibi
le & insepabile ꝙ iudicat, scd̄m esse aūt sepatū. Est igit̄ quo-
dāmō ꝙ diuisibile diuisa sentit, est aūt qd' indiuisibile, scd̄m
esse quidē enim diuisibile, loco aūt & nūero indiuisibile.
148. ¶Aut nō possibile, potentia quidē em̄ idē & indiuisibi 148
le contraria, scd̄m esse autē non, sed in operari diuisibile &
impossibile est, & albū & nigrū esse simul. Quare neqꝝ spe
cies pati ipsorum si hmōi est sensus & intelligentia.

149 149. ¶Sed sicut qđ vocant quidã punctũ aut vnũ aut duo, sic & indiuisibile. Scđm ꝙ quidẽ igit̃ indiuisibile vnũ discernens est & simul, scđm vero ꝙ indiuisibile, bis vtitur eodẽ signo simul. Inquãtũ qdẽ igit̃ ꝙ duobus vtit̃ tertio, duo indicat & sepata sunt vt in sepato. inquantũ ỹo vnum, vno & simul. De principio quidẽ igit̃ scđm ꝙ dicimus posse sentire

150 animal determinatũ sit hoc modo. 150. ¶Quoniã autẽ duabus differẽtiis diffiniunt maxime animã, motu qđ scđm locum & in eo qđ est intelligere & sentire. videt̃ aũt & intelligere & sape tanꝙ quoddã sentire esse, in vtrisꝙ em̃ his anima iudicat aliqd & cognoscit eoꝝ quæ sunt. Et antiq sapere & sentire idẽ esse aiũt, sicut Empedocles dixit ad presens voluntas aget̃ & in hominibus & in alijs, vnde eis semp sapere altera prestat. Idẽ autẽ his vult & id qđ est Homeri, Talis em̃ intellectus est in terrenis hominibus. Qualem ducit

151 in diem pater virorũꝙ deorũꝙ. 151. ¶Omnes em̃ hi intelligere corporeũ sicut sentire opinant̃, & sentire & sapere simile simili, sicut scđm principia ratiõibus determiamus. Et tamẽ oportuit simul ipsos de deceptiõe dicere, magis ꝓprium em̃ est animalibus, & plurimũ tempus in hoc pficit anima. Vnde necesse aut vt quidã dicũt omia quę videnť esse vera, aut dissimilis tactũ deceptionẽ esse, hoc em̃ contrariũ ei qđ simile simili cognoscere. Videt̃ aũt & deceptio & sci-

152 entia contrariorũ eadẽ esse. 152. ¶Q̃ quidẽ igit̃ nõ idẽ sit sapere & sentire manifestũ est, hoc quidẽ em̃ in omibus est, illud aũt in paucis animaliũ est. Sed neꝙ intelligere in quo est & recte & nõ recte; recte quidẽ prudentia & scientia aut

aut opinio vera; nō recte aūt cōtraria horū. Neq; hoc est idē cū ipso sentire. Sensus quidē em̄ ,prioꝝ semp verus est, & oīmbus ineſt anialiᵇ. Intelligere aūt cōtingit & falso, & nulli ineſt cui nō & ratio. 153. ¶Fantasía em̄ alterū est & a sen- 153
su & ab intellectu, & hoc nō fit sine sensu & sine hac non est opinio. Q; aūt nō est ea dē fantasía & opinio manifestū, hæc quidē em̄ passio in nobis est cū volumus, pre oculis em̄ facere sicut in recordatiuis positi & idolū sunt faciētes. Opinari aūt nō in nobis est, necesse em̄ falsum aut verū dicere.
154. ¶Amplius aūt cū opinamur difficile aliqd aut terribile 154
statim cōpatimur, similiť aūt est & si cōsidendū. Scdm fantasiam aūt similiť nos habemus, sicut si essemus cōsiderantes in pictura difficilia & cōsidentia. Sunt aūt & ipsius acceptionis differētie sciētia-opinio & prudētia, & cōtraria horū de quoꝝ differētia altera sit ratio. 155. ¶De eo aūt qđ est intel- 155
ligere qm̄ alterū est ab eo qđ est sentire. Huiᵘ aūt aliud fantasía esse videť aliud opinio. De fantasía determinantes sic & de altero dicendū est. Si igitur fantasia est scdm quā fantasma aliqđ nobis fieri dicimus, & si non aliqd scdm metaphoram dicimus vna quædā potētia est harū aut habitus- scdm quā discernimᵘ aut verū aut falsum dicimus. hmōi autem sunt sensus opinio scientia-& intellectus. 156. ¶Q; q- 156
dem igiť non sit sensus-manifestū ex his est. Sensus quidē em̄ aut potentia aut actus est, vt visus & visio. Fantasiať aūt aliqd & nullo horū existente-vt quę in somnis. Postea scdm potentiam sensus qusdē semp adest viuentibus & nō orbatis, fantasia autē nō. Si vero ei qđ actu idē, oīmbus vti cōtin

geret bestiis fantasiam inesse, videt autē nō bestiis vt formi-
cę aut api aut vermi. Postea hi quidē verī semp, fantasię autē
plures falsę. Amplius autē non dicimus cū opemur certe cir
ca sensibile qm̄ videt hoc nobis homo sed magis cū nō ma-
nifeste sentimus tunc & aut verus aut falsus. Et qđ quidē di
157 ximus apparent & dormiētibus visiones. 157. ¶At vero
neq; semp vera dicentiū neq; vna erit vt scientia aut intelle
ctus. Est em̄ fantasia & vera & falsa. Relinquit igit̄ videre
si opinio sit. Fit em̄ & opinio & vera & falsa. Sed opinioni q
dem inheret fides. Non em̄ cōtingit opinantē de qbus non
videtur credere. Bestiarū autē nulli inest fides, fantasia autē
multis. Amplius si omnē opinionē cōsequat̄ fides, fidē autē
suasum esse, suasionē autē ratio. Bestiaq; autē quibusdā fan-
158 tasia inest, ratio vero nō. 158. ¶Manifestum igit̄ qm̄ neq; opi
nio cum sensu, neq; p sensum neq; complexio opinionis &
sensus erit fantasia. Propter hoc & manifestū q nō alia quę
dam est opinio, sed illa quæ quidē cuius est & sensus. Dico
autē ex albi opinione & sensu copulatio fantasia est. Nō em̄
ex opinione quidē albi est, ex sensu boni. Apparere igit̄ est
159 opinari, qđ qnidē sentit̄ nō scđm accidens. 159. ¶Apparet̄
autē & falsa, de qbus simul acceptionē veram habent. Et vi-
detur sol vnius pedis, sed creditus est maior esse habitatio-
ne. Accidit igit̄ aut abijcere suiipsius verā opinionē quā ha
bebat saluatā salua re non oblitū neq; de credente aut si ad
huc habet eandē necesse verā & falsam. Sed falsa facta est
cum lateat transcendēs res, nō ergo vnū aliqđ horū est, neq;
160 ex his fantasia. 160. ¶Sed qm̄ accidit moto hoc moueri al

terũ ab hoc. Fantasia aũt motus videt esse, & nõ sine sensu fieri, sed in his quę sentiũt, & quorũ sensus est. Est aũt motũ fieri ab actu sensus. 161. ¶Et hũc simílẽ necesse est esse sen 161
sui, erit vtiq; fantasia ipsa motus non sine sensu cõtingens. Neq; nõ sentientibus ineſſe, & multa est scdm ipsam facere & pati habẽs & esse verã & falsam. Hoc autẽ accidit, ppter hoc q; sensus, ppriorũ quidẽ est verus, aut q̃pauciſſimũ hũs falsum. Scdo aũt accidere hoc & hoc iam cõtingit mentiri. Qd' quidẽ em̃ albũ nõ mentit, si aũt hoc albũ aut aliud mentitur. Tertio aũt cõmuniũ & conseq̃ntiũ accidentia qbus in sunt, ppria. Dico aũt vt motus & magnitudo accidũt sensibilibus circa quæ est maxime iam decipi, scdm sensum motus aũt ab actu factus differt a sensu q ab his tribus sensib⁹. Et primus quidẽ pñtis sensus verus alij aũt pñtis & absentis erũt vtiq; falsi, & maxime cũ procul sit sensibile. Siqdẽ igit nihil aliud habet q̃ dicta sunt nisi fantasia, hoc aũt est qd' dictum est. Fantasia vtiq; erit motus a sensu scdm actũ factus. 162. ¶Qm̃ aũt visus maxie sensus est, & nomẽ a lumine ac 162
cipit, qm̃ sine lumine nõ est videre, & qm̃ manẽt, & similes sunt sensibus, multa scdm ipsos opant aialia, alia quidẽ qa nõ hñt intellectũ vt bestię, vlia ẏo ex velamẽto intellectus aliqñ passione aut egritudine aut somno vt hoies. De fantasia quidẽ igit q est & ppter qd est dictũ sit intantũ.

¶Liber tertius de anima habet duos tractatus. Primus cõtinet quatuor capitula. In primo ostendit differentiam intellectus a sensu.

1 
E animę aũt ea parte qua cognoscit atq; sapit, siue sit sepabilis siue non sepabilis magnitudine, sed ratione. Considerandũ deinceps est quã differentiã habent quoq; pacto tandẽ sit intelligere
2 z. ¶Si igitur ipsum intelligere sit vt sentire, aut pati q̃ddam erit
3 ab ipso intelligibili, aut aliqd aliud tale. 3. ¶Vacare igit̃ ipsa passione, sed forma susceptiuam esse oportet & potentia talem. Sed nõ illã esse, & similitudinẽ subire cũ sensu, vt quẽadmodũ sese habet ad sensibilia sensus. Sic sese habet
4 ad intnlligibilia intellectus. 4. ¶Quare necesse est ipsum cũ vniuersa intelligat non mixtũ esse. Sicut Anaxa: dixit, vt superet atq; vincat; id est vt cognoscat atq; precipiat. Alienum nãq; cum apparet iuxta ꝓhibet atq; seiũgit. 5. ¶Quo
5 sit vt neq; vlla sit ipsius natura, nisi ea solũ qua possibilis est, is igitur q̃ intellectus aniæ nuncupat̃. Dico aũt nũc eũ quo ratiotinat̃ ania & existimat, nihil est actu prorsus eor̃, quæ
6 sunt antea q̃ intelligat ipse. 6. ¶Quocirca neq; cũ corpore mixtũ ipsum esse consentaneũ est ratiõi, qualis em̃ quidã' fieret calidus aut frigidus & instrumẽtum aliqd' ipsius esset ꝓfecto, sicut est sensus, nũc aũt ipsius nullũ, ꝓrsus est instrumentũ. Atq; bene rectęq; censent, q formaꝝ locũ aniam inquiũt esse. Attamẽ neq; tota est locus, sed intellectiua neq;
7 est actu, sed potentia forme. 7. ¶At q passionis vacuitatẽ nõ similem esse seusitiui atq; intellectiui patet in sensuũ in

ſtrumẽtis atq; in ipſo ſenſu. Senſus em̃ ex vehemente ſenſi
bili ſentire nõ poteſt. Auditus aũt nanq; nõ audit ſonũ poſt
magnos ſonos & viſus nõ videt, neq; odoratus non olfacit
poſt vehemẽtes colores atq; odores. At intellectus aliquo
valde intelligibili intellecto, non minus ſane, ſed magis per
cipit intelligitq; inferiora, ſenſitiuũ em̃ nõ eſt ſine corpore,
at intellectus ab eodẽ eſt ſepabilis. 8. ¶Factus aũt vnũq; dq; 8
pinde atq; is q dicit actu ſciens, qd' quidẽ dum accidit cũ ip
ſe per ſeipſum opari poteſt, eſt quidẽ & tũc q̃dãmõ poten
tia. Sed nõ perinde vt erat antea q̃ didiciſſet vel inueniſſet,
atq; tũc ſeipſum etiã intelligere poteſt. 9. ¶Cum aũt aliud 9
ſit magnitudo, aliud magnitudinis eſſe, & aliud aqua, aliud
aquæ eſſe, & in alijs itidẽ multis, nõ enim vniuerſis hic mo
dus accomodat. Sed ſuut in q̃bus hæc ipſa ſunt eadẽ nõ di
uerſa, aut alia ſane, aut parte quidẽ eadẽ. Sed aliter ſeſe ha
bente carnem & eſſe carnis diſcernit. Caro nãq; nõ eſt ſine
materia. Sed pinde atq; ſimũ, hoc eſt in hoc. 10. ¶Senſitiua 10
igitur parte calidũ diſcernit & frigidũ, quoꝝ quædã eſt ra
tio caro, alia ꝟo eſſe carnis diſcernit aut ſepabili, aut ſeſe ha
bente ad ſeipſam, pinde atq; ſeſe habet cũ extenſa fuerit li
nea flexa. 11. ¶Rurſus in his & quę in abſtractiõe cõſiſtũt, 11
eadẽ eſſe vident, rectum em̃ ſe habet vt ſimũ, eſt em̃ ipſum
cũ cõtinuo ſemp. Q; ſi quiddítas ſit diuerſa aliud profecto
eſſe recti, aliud eſt ipſum rectũ vt ibi. Sit em̃ qualitas. Qua
re ſit vt hæc etiã alia vel alio modo ſeſe habẽte parte diſcer
nat. Oẽmino igitur vt res ſepabiles ſunt a materia, ſic ſeſe ha
bente & ea quæ ſunt circa intellectũ ipſum. 12. ¶Dubita- 12

hīt aūt nō iniuria qſpiā quonā modo intelliget intellectus, ſi ipſe quidē ſimplex ſit ac paſſionis expers, nihilq; habeat cū vllare prorſus cōmune ſic Anaxagoras aſſerit intellige re aūt pati q̄dā ſit vt diximus. Quo nanq; qppiā eſt vtriſq; cōmune, hoc nimirum alterū agere alterū pati videt. 13.

13 ¶Præterea ambiget qſpiā, ſi ipſe etiā intelligibilis ſit. Nam
& aut cæteris rebus inerit intellectus, niſi alia ratiōe ſit intelli-
gibilis ipſe. Intelligibile autē vnū q̄dā eſt ſpecie, aut aliqd
ipſe mixtū habebit, qd ipſum intelligibilē pinde atq; cætera
facit. 14. ¶At eīm ipſum pati diuiſum eſt prius vna quadā
14 & ratione cōmuni. Atq; intellectus potentia quidē eſt quodā
& modo intelligibilia ipſa, actu vero nihil eſt eor; antea q̄ in-
telligat ipſe oportet aūt in ipſo nihil eſſe pinde atq; in tabu-
la nihil eſt actu ſcripta anteaq̄ in ipſa ſcribat, hoc eīm in ipſo
15 fit atq; accidit intellectu. 15. ¶Eſt etiā intelligibilis & ipſe; vt
& intelligibilia cuncta; nam in hiſce quidē quæ ſine materia
ſunt intelligēs & id qđ intelligit idē eſt, etēm idē eſt cōtem-
16 platiua ſcientia, & id qđ ita ſub ſciētiam cadit. 16. ¶Sed cur
& nō ſemp intelligit cōſideranda eſt cauſa. In his autē quę ma
teriam habent vnūqđq; intelligibiliū potētia eſt. Quare il-
lis quidē nō inerit intellectus, nam intellectus taliū potentia
ſine materia eſt, ipſe autē intelligibilis ratione ſubibit.

ANTIQVA TRANSLATIO.

1 E parte aūt animæ qua cognoſcit ania & ſa
& pit, ſiue ſepabili exiſtente, ſiue nō ſepabili
& ſcdm magnitudinē, ſed ſcdm rationē, conſi
derandū quā habet differentiā & quomo-

do quidē sit ipsum intelligere. 2. ¶Si igit̄ est intelligere si- 2
cut sentire aut pati aliqd vtiq; erit ab intelligibili aut aliqd
hmōi alterū. 3. ¶Impassibilē ergo oportet esse, susceptiuū 3
aūt speciei & potētia hmōi sed nō actu. Et similit̄ se habere
sicut sensitiuū ad sensibilia, sic intellectiuū ad intelligibilia.
4. ¶Necesse est itaq; qm̄ oīa intelligit imixtū esse sicut di 4
cit Anaxagoras vt impet, hoc aūt est vt cognoscat despectū
intus apparēs em̄, phibebit extraneū & obstruet. 5. ¶Qua 5
re neq; ipsius est esse naturā neq; vnā, sed aut hoc q; possibi
lis sit vocatus itaq; animæ intellectus. Dico aūt intellectum
quo opinat̄ & iutelligit ania, nihil est actu eor; quæ sunt an
teintelligere. 6. ¶Vnde neq; miscerī est rationabile ipsum 6
corpori. Qualis enim aliqs vtiq; fiet aut calefactus aut frigi
dus, si organū aliqd erit sicut sensitiuo nūc aūt nullū est. Et
bene iam dicentes sunt animā esse locū specierū, nisi q; non
tota sed intellectiua neq; actu sed potētia species. 7. ¶Quo 7
niam aūt nō similis sit impassibilitas sensitiui & iutellectiui,
manifestū est ex organis & sensu. Sensus em̄ nō pōt sentire
ex valde sensibili, vt sonū ex magnis sonis, neq; ex fortibus
odoribus & coloribus, neq; videre neq; odorare. Sed intel-
lectus cū intelligat aliqd valde intelligibile nō minus intel
ligit infinita sed & magis. Sensitiuū quidē em̄ nō sine corpo
re est, hic aūt sepatus est. 8. ¶Cū aūt sic singula fiat, vt sciēs 8
dicit̄ q; scdm actū, hoc aūt cōfestim accidit cū possit opari p
seipsum. Est quidē igit̄ & tūc potētia q̄ddāmō, nō tn̄ similit̄
añ addiscere aut inuenire, & ipse aūt seipsum tūc pōt intelli
gere. 9. ¶Qm̄ aūt aliud est magnitudo & magnitudinis esse 9

& aqua & aquæ esse & sic in multis alijs, nō aūt in oīibus.
In quibusdā em̄ idem est esse carnis aut carnē aut alio ergo,
aut aliter habente discernit. Caro em̄ nō sine materia, sed si
10 cut simū, hoc in hoc. 10. ¶Sensitiuo quidē igit̄ calidū & fri
gidum iudicat & quor̄ ratio quędā caro, alio aūt & sepato,
aut sicut circūflexa se habet ad seipsam cū extensa sit, carni
11 esse discernit. 11. ¶Iterū autē in his quæ abstractione sunt
rectum sicut simū, cū cōtinuo em̄ est. Qđ autē qd erat esse,
si est & altcrū recto esse & recto alio. Sit em̄ dualitas altero
itaq; aut aliter habente se iudicat. Oīmino ergo sicut sepabi
12 les res a materia, sic & quæ circa intellectū sunt. 12. ¶Du-
bitabit autē vtiq; aliqs si intellectus simplex est & impassi-
bilis, & nulli nihil habet cōne sicut dicit Anaxagoras. quo-
modo intelliget si intelligere pati est. Inquantū enim aliqđ
13 cōe vtriscq; est, hoc qdē agere, illud ꝯo pati videt. 13. ¶Am
plius aūt si intelligibilis & ipse, aut em̄ alijs inerit itellectus,
si nō scđm aliud ipse intelligibilis est, vnū autē aliqd intelli-
gibile. Si autē sit mixtū aliqd habebit qđ facit intelligibile
14 ipsum sicut anima. 14. ¶Aut pati scđm cōmune aliq̄d diui
sum est prius, quoniam potentia qnodāmodo est iutelligi-
bilia intellectus, sed actu nihil anteq̄ intelligat, oportet au
tem sic sicut in tabula nihil est scriptū actu, qđ quidē accidit
15 in intellectu. 15. ¶Et ipse aūtq; intelligibilis est sicut intelligi
bilia. In his em̄ quę sunt sine materia idem est intellectus &
qđ intelligit̄ sciētia nanq; speculatiua & sic scibile idem est,
16 nō antē semp intelligendi causa cōsiderata. 16. ¶In haben
tibus autē materiā potentia vnūq̄dq; intelligibiliū est, qua-

re quidē illis nō inerit intellectus, sine materia em̄ potentia est intellectus taliū, illud aūt intelligibile erit. ¶Noua

¶Capitulū scdm in quo phūs declarat naturā intellectus agentis & possibilis.

CVm aūt in oīm natura sint quædā, quor̄ alterū qdē vnicuic̄ generi materies est, qd̄ id esse patet qd̄ est potētia illa cūcta, alterū v̄o causa est, & efficiens; oīa nimirū efficiendo atc̄ agēdo talē subiēs rationē qualē ars cōditionē ad materiam subit. Necesse est & in ania differētias has easdē inesse. 17

18. ¶Atc̄ quidā est itellectus talis vt oīa fiat, qdā talis vt oīa agat nec̄ efficiat, q qdē vt habit⁹ est quidā & p inde ac lumē. Nam & lumē colores, q̄ sunt potētia actu colores quodāmō facit. 18

19. ¶Et is intellectus sep̄abilis est, & nō mixtus, passionec̄ vacat, cuius sit subiecta actus. Semp em̄ id qd̄ efficit atc̄ agit prestabil⁹ est eo, qd̄ patit̄, & ipsum priucipiū oīno materia. Sciētia aūt ea, quæ est actu, est idē qd̄ res. 19

20. ¶Ea v̄o q̄ est potētia in vno prior est tp̄e. Absolute aūt nec̄ tp̄e, sed nō nūc quidē intelligit, nunc aūt nō intelligit. Sep̄atus vero id est solum qd̄ est atc̄ id solū est im mortale ꝑpetuūc̄. Non aūt recordamur. Quia hoc qdē expers est passiōis, itellectus v̄o passiuus extinguit̄ & sine hoc nihil intelligit. 20

21. ¶Indiuisibiliū igit̄ intellectio in hisce cousistit circa quæ falsitas nō est. At in qbus & falsitas iam & veritas ineſt in hisce cōpositio quædā iā est cōceptiuū intellectus. Quasi ipsi sint vnū. Atc̄ vt Empedo: dixit. Multor̄ certe capita admirabile dictu, Ceruicibus sine sunt exorta in lu 21

minis aura. Illa tñ dulcis post hoc cõcordia iũgit. Sic & hæc
sepata cõponi solent vt in incõmensurabile & diametr. zz.
22 ¶Q; si eor; esset, q̃ fuerũt vel erũt sit cõpositio, & tp̃us insup̃
intelligit, atq; addit, falsitas em̃ in cõpositiõe semp consistit
nam si albũ nõ albũ esse dicat, ipsum tũ non albũ cõponit, li-
cet autẽ diuisionẽ etiã oĩa dicere, attñ falsitas aut veritas
nõ solũ cõsistit in hoc cleon est albus. Sed in his etiã cleon e
rat vel erit albus. Id ỹo; qđ singulos dictos cõceptus cõpo-
23 nit vnũq; facit, ipse est intellectus. zȝ. ¶Cum aũt duplicit in
diuisibile dicat, aut potẽtia; aut actu nihil, phibet intellectũ,
cũ longitudinẽ intelligit, indiuisibile intelligere, & in indiui
sibile tpe, est em̃ indiuisibilis actu, & tp̃us p̃inde, atq; longitu
do diuisibile ac indiuisibile est, nõ igit dici põt, qd in vtroq;
tp̃is dimidio intelligebat, nõ est em̃ si nõ diuisio fiat, nisi po-
tentia. At cũ vtrũq; seorsum intelligit, diuidit simul & tp̃us,
atq; tunc vt longitudines illa intelligit. Q; si longitudinẽ vt
ex verisq; cõstantẽ intelligat, in eo quoq; tp̃e nimir; ipsa in-
telligit, qđ ex vtrisq; pari modo tp̃ibus cõstat atq; cõponit.
24 z4. ¶Q; ỹo nõ quãtitate, sed forma est indiuisibile id indi-
uisibile tp̃e & anię indiuisibili p̃cipit atq; intelligit p̃ accidẽs
aũt, & nõ hoc sane, quo illa diuisibilia sunt, id quo intelligit
& tp̃us, in quo intelligit. Sed hoc quo indiuisibilia sunt, inest
em̃ & in his indiuisibile q̃ddam, at fortasse nõ sepabile, qđ
quidẽ vnũ tam tempus ipsum q̃ ipsã longitudinẽ facit, atq;
id in oĩ sane cõtinuo & tp̃e & longitudine similiter inest.
25 zȝ. ¶Punctũ aũt oĩsq; diuisio, & id qđ est sic indiuisibile
p̃inde atq; priuatio cognoscit manifestũq; euadit. Similis

esse videt, & in alijs ratio. Hoc enim mo malu cognoscit, atq; etiam nigrum cotrario nacq; quodamo cognoscit. Id aut qd cognoscit potentia nimirum esse, & in ipso potentia inesse oportet. Q; si causarum alicui nullu sit omino cotrariu, illa seipsa, perfecto cognoscit, & est actus & etia sepabilis. 26. ¶Est aut dictio qdem qppia de quopia, quem admodu affirmatio. Atq; omnis est vera vel falsa. At intellectus no omis. Sed q est ipsius qd est ad formam accomodati est verus, & no qppia de quopiam dicit. Sed vt visio, ppria ipsius est vera. Si vo album hominem esse dicat, no semp est vera. Sic sese habet ea, quæ sine materia sunt. 27. ¶Scietia aut ea, que est actu, est idem qd res, ea vo quæ est potentia, in vno prior est tempore. Simplicit aut neq; tpe. Sunt enim vniuersa que fiunt, ex eo, qd actu est. 26 27

ANTIQVA TRANSLATIO

